




17573

26 11

13

1664 8

Q. D. B. V.  
 DISSERTATIO POLITICA,  
 De  
**CONSILIARIO PRINCIPIS,**  
 Quam  
 PRÆSIDE  
 VIRO PRÆCLARISSIMO  
**DN. M. JOHANNÉ MANITIO,**  
 Ampliff. Facult. Philosoph. Adjuncto dignissimo,  
 Fautore & Præceptore suo plurimum honorando,  
 Publico examini subicit  
 AUTHOR  
**DITTERICUS SCHICKE**  
 Nob. Misn.  
 Ad diem 1. Octobr. in Audit. Maj.



WITTEBERGÆ  
 Litteris MATTHÆI HENCKELII  
 ANNO M. DC. LXIV.

*Dno Conr. Jo  
 cum amicis  
 inbe transmitti  
 Fraber*





56

ALBERTUS BOETIUS

CONSILIARIO PRINCIPIS

DR. M. JOHANNIS MANTII

AD HONORANDUM

DIETRICHI SCHICKE

WITENBERG

ANNO M. DC. LXX.







C. B. D. M!



*Etera annalium monumenta in-*

tentiore paulò curâ evolventi, non pauca numero se sistunt exempla eorum, qui vel altò supercilio insuper habere, vel tamen non magni facere adeò consiliorum mysteria, quin deservire in eos, qui rationum promptitudine inclyti, exindeq; amicitiiis Principum illustres sunt, consueverunt. Frustra esse anxie herere, si statuendum aliquid sit in publicum. Optimè cogitata sapè pessimè cadere, maleq; consulta haud rarò optimè. Non fortè ac temerè humana negotia volvi agiq; aeterna constitutioni subjacere omnia. Hinc unum quodq; suum ordinem immutabili necessitatis lege percurrere. Quid ergo opus, fabricare consilia, de negotiis vix perscrutabilibus unquam, & responce sua ita eveniurâ? Detestandas esse artes perfidorum, insidiatorum & adulantium, non semel solenne officium occulto sceleri pratextentium. Prodesse rei communi, clamat plebeja invidia, ne multorum consortio utantur regnantes; idq; non semel Neronem quendam procreasse orbi. Et tandem ex tali sodalicio, tanquam ex equo Trojano prodisse libertatis oppressores non rarò, proscribendos potius ac exterminandos, quàm hâc viâ invitandos temerè. At enim verò hæc speciosius magis jactantur quàm verius. Non magis stare sine consiliis Respublica, quàm corpus sine anima, potest. Non precipitandus est gradus, ubi publica salus vertitur. Procul inde habemus hætenus, quod in arena consiliū capitur, nisi tēporis urgens necessitas morâ ferre nequeat, aut subitus & anceps casus calidum captum excuset. Successu felici destituuntur consulta benè, si spreto aut neglecto divinò favore, qui inter primas vuras esse debet, soli virium humanarum auxilio innixus, ex tuo tibi cerebro sat sapere videaris. Nec semel speratum talium eventum Deus vel ob peccatorum populi enormitatem, vel quod nocitura sciverit eadem, interclusit. Divina enim providentia ductu occulto com-

A 2

moda

Balzac. in Aristippo.  
Curt.L.4.c.6.  
& L.5. c.11.  
Statius L. 3.  
Thebaid. v.  
242. Ammian.  
L. 23. c. 11. Tacit.  
L. 1. Histo. c. 18.  
Senec. Suasor. 3.  
Georg. Horn. Differt. Polit. 26. p. m. 246.  
Barel. Argen. l. 1. c. 6.  
Hippol. à Lapide. p. 3. c. 5.  
Clariss. Conring. de Civil. Prud. c. 13. p. m. 258.  
Idem cit. l. c. 10. p. 206. in fin.  
Loccenig c. 17 de Ord. Rep.  
Reink. de Regim. secul. & Eccles. L. 1. clas. l. c. 3. n. 4. 27. 28.  
August. L. de ver. Relig. c. 25.





Reink. cit. l. l. *moda Rerum publ. gubernat. Ceterum quàm sepe causarum momenta*  
 2. clas. 2. c. 5. n. *minus rectè expenduntur? quibus variatis ipsa effecta immutantur.*  
 20. *Quàm sepe temporum vices turbarunt capta? Hinc presenti Rei-*  
 Conring. cit. *publ. statui aptanda consilia sunt, & interest ad publicum scire, quo-*  
 l. c. 7. p. m. *modo acti regimen administratur. Multi præterea opibus successuq;*  
 107. *elati, perpetuumq; fortuna favorem sibi promittentes, prorunt magis,*  
 Cell. Procem. *quàm ratione incedunt ad negotia civilia. Tum verbò animum mora-*  
 Pol. th. 12. *rum impatientem comitatur perturbatio, inde commotio mox gra-*  
 Ant. de Gue- *vior, fervor & presentissima jactura. Nimia sui fiducia, cum sapien-*  
 varra in Ho- *tia non commiscetur, & sepe præcipitantia impedit judicandi facul-*  
 rolog. Princ. *tatem. Proinde subjacent quidem cogitata Justissimi Dei providen-*  
 p. 209. 233. *tia, non verò cæca fortune fato, quod vanâ ratione persuasi, somnia ve-*  
 Cic. pro L. *runt Stoici. Ac sepe quidem providens cautio evitavit ictum; sepe*  
 Manil. *multum salutis Reipubl. bonum consultum fœneratum esse novimus.*  
 Conring. de *ut non immeritò M. Aurelius Imperator ad Panucium scripserit,*  
 Civil. Prud. c. *ad remunerandum consilium unum, omnibus Diis opus esse. Nunc*  
 13. p. m. 258. *verò non perfidos, non nequitiosos, non parasitos, verbaq; gestantes, in*  
 Vid. Blan- *curarum consortium sibi adoptant Principes, sed fide sed integritate*  
 card. Rader. *probatos satis spectatosq;. Malè carpitur vini usus, quod multi ine-*  
 Loccè. Freins- *briati illò quasi obbrutescant; nec jure florum suavitate tolles, li-*  
 heim. ad cit. c. *cet animalcula quædam exinde venenum sugant. Ceterum qui ma-*  
 II. l. 5. Curt. *jestatis axiomata cautius versare addidit, non agrè dignoscet diver-*  
 Lips. l. l. c. 4. *sentium à se studia, nunquam recessus arcanorum suspectis crediturus.*  
 Pol. *Non decere Principem bonum, palàm flagitiosos Consiliariorum*  
 Loccen. l. l. c. *habere numeros, Seleuci effatum sat egregium circumfert Cha-*  
 17. de ord. Rep *roneus. Tum verò detestor immane quantum iniquæ obrectationis au-*  
 Guevarra cit. *daciam publicæ utilitatis larvâ non satis contegendam. Ira scitur plebs*  
 l. n. 675. *Imperantibus, non quod aliquos gratia sua subvebant, sed quod gra-*  
 Senec. Epist. *dm ille sibi non pateat. Insignis in Reges injuria est, velle eos priva-*  
 123. Dio. L. 16. *re suavitate amandi & fide, quam expectamus in omnibus, qui per*  
 Plutarch. L. 3. *nostra beneficia creverunt. Certè ut ex domesticis nonnullos seligimus,*  
 de dict. Græc. *ac veluti adoptamus nostras in curas, fidemq; eorum familiaritate ac*  
 Barcl. L. 1. *muneribus, tam pensamus, quàm sollicitamus in futurum: Ita nî*  
 Arg. c. 6. *princeps sibi quaesierit ejusmodi vicariam operam, iisdemq; rationibus*  
 Arist. L. 1. Po- *aluerit, non sufficiet publicis laboribus, non sanè, vel si firmiores At-*  
 lit. c. 4. *lante cervicibus incumbentibus negotiis opponat. Illos præire, illos dif-*  
fici-



ficultates superare, illos negotiorum intricatorum onere Principem le-  
 vare, in nitidissimo de Aula scripto Balzac ostendit. Ad ultimum non Balzac, in A-  
 damnat Consiliarium usum simplici ratione Hippolytus, sed sum-ristippo.  
 mam rerum ipsis non committendam esse, tantum arguit. Nec nimia  
 potestate armarem salubres rationes subministraturos, ne sibi potius,  
 quam Reipubl. consulere presumantur. Ceterum vindicatō Consilio-  
 rum usu, in hanc rem arduam satis ac gravem dicere aliquid in pra-  
 sens, induxi animum. In quo quidem stadio decurrendo ita me ge-  
 ram, ut generalibus substratis, quae observanda sunt Principis Consti-  
 liario, specialiora subindē quaedam pro ingenioli modulo subjiciam.  
 Summa enim tyrocinium, quod & ego pono, nunquam praestitit. Ad-  
 sit id molienti Numen, & benignā ope captum feliciter secundare non  
 dedignetur!

Th. I.

Cū multae & infinitae res in deliberationes incidant, non  
 pauciores in tribunalium inducuntur cancellos. Hic cū Senato-  
 rem sedere mutum, & statuendi anxium, & se nequicquam versan-  
 tem in partes omnes, turpe admodum sit; eximiō doctrinarum in-  
 strumentō paratum, & numerosō clarissimarum artium comitatu  
 stipatum esse oportet fungentem istis amplissimis partibus, ut im-  
 pleat locum, & togae summæ splendorem, ne quā obliteret. Hinc de  
 Origine, ætate, doctrina, ingenio, formā corporis, moribus, mode-  
 stiā, civilitate, sexu nō adeo ero sollicitus, relinquens hæc discuti-  
 da aliis, quibus vacat deducere. Mihi fas erit Senatoris, in dignitatis  
 gradum evecti, munus rimari, ejusque cautelas repetere paulo al-  
 tius. Nam quæ de prædictis interferuntur passim huic tractationi, ad  
 eorum potius cautionem spectare videbantur, qui in consortium  
 curarū sibi quæpiā adoptant, quā eum, qui vocatus in partes, con-  
 siliorum rationes nunc depromere parat. Illi in ortū, illi in doctrinā  
 eligendi exquisitiori paulo cura se penitent, de ætate quoque ac pro-  
 bis moribus sibi prospecturi decenter, ut talem expectare habeant,  
 cujus humeri pares negotiis ferendis sint. Digni enim eligendi ad  
 publicas curas, imò dignissimi, ne personæ potius, quàm loco &  
 Reipubl. consuluisse videantur qui eligunt. Ceterum quædam nota-  
 tu digniora ex ante dictis postulatis huc trahere placet. Putarem in-  
 terim non prodesse adeo rigorosum usquequaque examen, modo

A 3

fit,

Grot. l. 2. c. 17.  
 de Jur. B. & P.  
 & ibi Magn.  
 Dn. Ziegl. in  
 Annotat. ad  
 Grot. priva-  
 tim communi-  
 catis.  
 Loccen. e. l.  
 L. 2. c. 9.



*Vellej. l. 2. c. 128. Plutarch. in Sulla. c. 76. Liv. Lib. 22. A. ab. V. C. 537. Guevarra. Hol. rol. Princ. L. 1, c. 42. n. 188. Liv. lib. 6. Terent. Adelph. Act. 3. Scen. 4. & Act. 5. sc. 8. Buchn. Vol. 1. Progr. diff. 37. p. 119. Reink. de Regim. sec. & Eccles. Lib. 1. Clas. 4. c. 17. n. 36. Catili. c. 6. Arist. L. 1. Pol. c. 9. ibiq. Fel. den. Cic. in Offic. n. 15. Conring. de Civil. Prud. c. 13. p. 276. Job. à Chokier in Onofand. strat. c. 1. p. 4. Plautus. D. Ambros. Orat. hab. in Obit. Theod. Imp. B. Sperl. in Inst. Phys. l. 1. c. 6. p. 224.*

sit, qui rectè atqve ordine quodlibet negotium expedire valeat. *Originis caliginem, aliàs non nocituram admodum; nobilitat illustres Principis auctoritas. Strenuioris industria nervi, animique capacitas & magnitudo illustres natales comitantur haud semper. Quin ali- quando etiam novis hominibus accidit, ut dotibus illis uberrimè lucentibus, quasi alis quibusdam subvecti, in summa enitantur feliciter. Optimus quisque nobilissimus. Sæpè ex humili loco quidam Varro prodiit. Ætatem maturat solidissimæ pondus doctrinæ. Non abit hoc in perpetuū, ut omnes juvenes leves, omnesq; senes cordati sint. Plus mellis non rarò apes de floribus teneris, quàm foliis duris congerunt: ac sæpè frigent torpentq; senioris consilia. Vitium commune est omnium, ut minus in senectâ ad rem simus attenti. Cum enim anni gravant, cum subrepat senectus, neque memoria, neque ingenio suus vigor manet. Quæ tamen non eâ fini adduco, ut velim ex cancellis ejicere eos, qui ad multam ætatem provecti sunt, & illos juvenili ætate circumscribere. Scio enim, deberi canis reverentiam: scio, seniorem juniore, si scilicet cætera paria sint, præferri. Nec frustra est quod tradit Sallustius: *Semibus corpus annis infirmum; ingenium sapientia validum esse.* Deinde non fugit hæc exputantem juvenum indoles: eos parum providos esse, molles & ætate fluxos, dolis haud difficulter capi, affectuum violentia non semel rari in transversum, novarumque rerum cupidos, sæpè Rempubl. inducere in discrimen. Id saltem adverto, non desiderari ad consiliarium absolvendum adeò, ut numerosos annos fecerit vivus; sed & illos non emensum, cæterà muneri huic apprimè aptum admitti ad secreta debere. Benè Comicus: *Non ætate, verum ingenio sapientia adipiscitur: Et ibi perfecta ætas, ubi perfecta virtus est.* Hinc non quosvis, sed eximio doctrinarum genere probatos spectatosque juvenes hinc mente conciperem, eosque ex ephebis jam egressos. Cæterum certò annorum spatiò includit lateri Principum adstantes Chokier, quo & Reinhardus Condit inclinare videtur. Ille quidem ita scribere amat: *Ego à quadragesimo ad sexagesimum usque ætatis annum huic muneri idoneos censuerim.* Quod simpliciter acceptum meo palato non arridet, cum prudentia rationalis, habitus ille cum recta ratione activus, modò citiùs, quibus pollet, dotes in actum deducere valeat,*



valeat. Quid enim frequentius accidit, quàm quò præstantiora ingenia fuerint, ut eò minus diurnent; & citò decidant, quorum planta, ut sic loquar, statim cum fructu fuit? Eorum igitur opera in tempore arcessenda, ne intempestiva certorum annorum expectatione seducti Reipublicæ administratores, eandem privent, quò dare illi potuissent, lucro. Ex adverso sunt ingenia haud pauca, quæ maturitatem suam expectant, instar fructiferarum arborum, legitimo deniqve tempore edentium baccas. Quæ omnia diligentior inquisitio facillè insinuabit, meritos ac idoneos huic negotio præstituturis. Proindè cum *Excellentissimo Domino Weudelero* transire hîc non addubito, existimantis, rarissimè evenire, ut ante vigesimum quintum annum veræ prudentiæ cortice obducatur animus. Quò nostræ sententiæ benè congruit; cum non de quibuslibet juvenibus nobis sermonem esse, ex supra dictis haud difficulter colligere liceat.

Th. II.

Porro profundâ eruditione præditum volunt, qui indolem consiliarii discutunt. Cùm enim interpretari & reddere vice Principis jus, cum incidentes controversias decidere etqve dirimere, munus proprium consiliarii sit; quantâ ipsum Juris omnis prudentiâ præstare oportet, ut muneri suo, ejusqve majestati respondeat, cujus personam gerit? Id mirari subit, quò non pauci numerò nimium hîc eloquentiæ vi tribuant, multis ex veterum memoriis cumulatâ tum dictis, tum exemplis: *Instar Solis inter Planetas corruscare, eòq; studiò in Republica nullum vel ad utilitatem fructuosius, vel ad dignitatem amplius excogitari posse.* Quamvis enim nullus inficier, eam ad persuadendum immane quantum conducere; negarem tamen hætenus, persuasionem officium consiliarii consummare. Non constituit, sed famulatur Nostris eadem, sicut cæteræ disciplinæ non segregandæ à Civili prudentia. Sit quispiam Annalium antiquorum peritissimus, sit moralis doctrinæ non ignarus, sit facundiâ clarus deniqve; nondum tamen ad fastigium hujus decoris emicat. Sublimiora sunt, quæ sibi deposcit principale regimen, quàm ut talis scientiæ angustia coarctari debeat. Finge ex adverso quendam potentem consiliis promptumqve rationibus eruendis, cæterâ facundiæ laude destitutum esse, ergone ideo boni consiliarii titulus invidiosè præcidendus ipsi erit? Sufficiat igitur in du-

*In Pract. Philosoph. L. 2. c. 9.*

*p. 242.*

*Reinh. Condit. cit. l. p. m.*

*173.*



Conring. de Ci-  
vil. Prud. c. 4.  
p. 55.

Senec. epist. 3.  
Tac. l. 6. Annal.  
Flor. l. 3. c. 3. n.  
17. Id. L. 4. c. 12.  
n. 5.

2. Reg. c. 11. v. 1.  
Jud. c. 4. v. 4.  
Magir. l. 19, 20.  
Micra. Synt.  
Pol. l. 3. sect. 4.  
pag. 728.  
Heiderg Phil.  
Polit. c. 6. p.  
344.

in dubiis & ancipitibus casibus abundantissimè remedia demon-  
strasse, viamque invenisse, quâ expediri difficultas queat. Exe-  
cutio essentiam hujus Spartæ non intrat, quæ facundum os expe-  
tere interdum sibi videtur. Non scitè minus, quàm eruditè *Claris-*  
*simus Conringius: Rhetorice utilis est Reipublica non nisi ex accidente;*  
*Politice autem per se summè est necessaria.* Tum demum enim orato-  
ria Professio in partes vocanda, quando optima prudentissimaq;  
consilia apud populum, aut quemvis alium iniquiorem imperi-  
toremq; auditorem susq; deq; habentur; nisi argumentis popu-  
laribus fides illis concilietur. Interim laudo virilem, laudo gravem  
profluentemq; in consiliariis eloquentiam; ad necessitatis tamen,  
quam exigentiæ Philosophi dicunt, partem non interpretandam  
remerè. Nam in aliis quoq; esse à benè esse distinguitur. Hoc adden-  
dum, non fractam, non pictis sententiolis vibrantem asserendam  
Nostris esse facundiam, qualis aliquem Rhetora quidem, non ejus  
personam decet, cui aut apud Principem, aut in prudentum consi-  
lio de publica re & ordinatione optimi status loquendum assidue  
ac disserendum est. Tunc n. sensus & rationes, non venustates ac ele-  
gantia spectantur. Et eloquentissimus habetur, qui optima ve-  
rissimaque disertè persuadet. *Quæ de fœminis* hîc disputant Politi-  
ci, paucis quoque videre lubet. In omnes quidem virtutes patet hu-  
manus animus, & minores sæpius dotes quæruntur in fœminis,  
quàm inveniuntur. *Nulli præclusa ad virtusem via est, admittit o-*  
*mnes, nec censu, nec sexu electo.* Hinc dantur fœminæ, quæ virilibus  
curis, fœminarum exuerunt vitia. Cerne mulierum Cimbrorum  
ferociam: cerne Alpinarum procaces ausus, facilè indicaturos, ab  
arduis non amovendum sexum sequiorem esse. Quin rerum po-  
titas fœminas, satis constat. Quidni ergò consilia de regnis fabri-  
caturæ? Prolixum nimis foret per exemplorum ire seriem. Inte-  
rim vel *Sacræ literæ* huic causæ validè satis patrocinantur. Tenuit  
*Athalia* imperium & capessit Rempublicam *Debora*, virago illa,  
cùm virtute, tum prudentiâ præsertim inclita. Et quid dicendum  
de *Margaretha Danica*. Quid de *Isabella Hispanica*, & *Elisabe-*  
*tha Anglica* proferendum erit, omnibus administrationis laude  
illustribus? Sed enim, si ego sententiam roger, malle, ab altiori-  
bus ab-



bus in Republ. abstinere se sexum foemineum. Non enim sine ac-  
curatione tribuit Aristoteles eidem vim animi consultatricem mi-  
nùs certam. Ubi constantiam? Ubi taciturnitatem? Ubi justitiam  
probaverint satis? Ut cætera consiliarii postulata taceam, absolu-  
tissimam statûs cognitionem, versatissimum in ambiguis ingeni-  
um, immotum iudicii pondus, affectuum moderamen, moralium  
altam doctrinam, præsentissimum in adversis animum, intrepidi-  
dumq; pectus, ac cætera hanc provinciam ornatura. At verò illæ

*Nolunt ubi velis, ubi nolis cupiant ultro.*

Et

*Nulla diu foemina pondus habet.*

Plerumq; muliebri consilium deterius, & sexûs hujus proprium  
est æmulari. Imbecillus ille & impar laboribus non tantùm, sed si  
licentia adsit, sævus, ambitiosus, potestatis avidus, plenus rima-  
rum huc atq; illuc perfluens, legum impatiens multò. Qvî igitur  
salubria sancita concinnaturus? Nescit verò Imperare, qui parere  
non addidicit. Ac ego quidem non denego suam virtutem fo-  
eminis; sed & illud mihi dandum est, prolixiorum eam in virorum  
genere cerni. Una quidem virtus, gradus verò diversi admodum.  
Non omnes turrim ingressi ad fastigium emicant. Salebrosam  
viam non qvilibet superat, & debiliores longinquum scissumq; in  
diverticula varia iter fatigat. Sint igitur virtute decoratæ mulieres,  
rariùs tamen id ornamentis eis accidet; rariùs & publico applicare  
dotes gestient. Intutum nimis erit in talibus periclitari publicam  
salutem, quam eversam sæpiùs, quam promotam ab eis vidimus.  
Insolita & ambigua non capeffenda in Republica, nisi incerta for-  
tuna premente, vel necessitatis telò duriter incumbente. Quò &  
referrem earum exempla, quæ in hac statione positæ, aliquid eximii  
perpetraverunt. Nobis verò de eo sermo est hæcenus, qui præme-  
ditatò ritè consiliò, in numerum Senatorum allegendus venit. Fa-  
cta non imus inficias, sed jus inde extrui nolumus. Non omnis  
procacia virtutem sapit, desperatione non semel elicitæ. Qvî au-  
dax factum culpatur potiùs, quam ut laude excipiatur in eo, qui  
consulendi provinciam decenter sustinere cupit. Foeminas in thro-  
num evectas novimus, sed & illud novimus, earum administratio-  
nem rei communis ruina aliquando tantùm non constitisse. Invo-

B

*L. 1. Polit. c. 9.*

*Terent. Eu-  
nuch. Act. 4.*

*Sc. 7.*

*Propert. L. 2.*

*Eleg. 15.*

*Tacit. Annal.*

*15. & ibi Forst-*

*nerus. in Ta-*

*cit. l. 13.*

*Annal. p. m.*

*290.*

*Plutar. h. de*

*Garrul.*

*Gell. L. 1 c. 23.*

*Anth. Gue-*

*varra L. 2 c. 21.*

*p. 329. n. 307.*

*Bodin. l. 6. de*

*Repub. c. 5. p.*

*m. 1156. seqq.*



Excell. Dn. D.  
Lyserg in dict.  
ad Jur. Publ.  
Beckeri in  
Proem.

Nov. 133. c. 3.  
l. 14. C. de Cōtr.  
& Comm. stip.  
l. fin. C. de R.  
11x.

eat adhuc Dei vindictam ab *Athalia*, regnum involatura, (horreo dicere!) excisum nequiter regium stemma. Quæ sanguine libidini viam struxit, sed suo iniquissimæ invasionis pænas dedit. Judicem egit in Populo Israelitico *Deborâ*, Deo tum temporis ipso suâ manu regente Rēpublicâ. Et enim cū quicquid imperii in homines se diffundit, à supremi Numinis concessione derivandum sit. Prudentia quoque idonea instruit, quos sui locum obire jubet. Verùm à potentiâ capessendi fasces, ad aptitudinem consilii dandi argumentari velle, sat incongruam sequelam habet. Nam & in *Joam*, septennem puerum sceptrum Israelitarum collatum fuisse, loquuntur Sacræ Literæ. Et hodiè annorum paucitas non arceat à parentum successione liberos; Interim non facilè ad mysteria expedienda arcessendos. Si non nemini decidendi partes hîc decernere amemus, facilis ei fuerit responsio, negaturo, fœminas majestatem inhabitare posse. Sed verò eò ne quidem devenire necesse habemus, potiùs est, ut cõfirmamus, diversitatis rationem subesse inter capacitatem ad imperium obtinendum, & habitudinem spartâ Senatoris ritè defungendi. Illud, quia Deo debetur, latent nos rationes, quod & in eos, qui nostris oculis indigni videntur, interdum transcribi patiatur. Cæterùm id colligere licet, mox in pœnam populi, mox ut suam Omnipotentiam orbi demonstret, summam rerum in tales devolvere, ut liqueat apertè, regnorum dispositiones ab Ipso solùm descendere. Secus verò hîc cum Principis ministros habet, qui immeritum dignitatis radiis illustrare quidem; sed dotibus animi ornare, haud potis est. Adeoq; non prodest, præcipiti audaciâ Reipublicæ salutem hîc modò tentare. Accedit & Jus Romanum, quod arceat à virorum studiis mulieres, quibus non omnibus se manifestare convenit. Nec sperantur constantiam consilii emolituræ, fragili naturâ præditæ. Quod quidem Jus non eo huc traho, ut velim pro principiò politico venditare: quemadmodum non pauci summa imis miscent, sed saltem à communibus principiis Politicorum illud non recessisse, ut demonstrem.

Thef. III.

Sed de his obiter. Intromitimus nos in ipsius rei adyta. Ac constat quidem, consilia de rebus concipi negotiisque; quæ honesta hic



hic utiq; facio. Nec mordent quicquam *Machiavelli* tradita, non semper fidem servandam statuētis, & quodlibet negotium, utile futurum Reipublicæ, colore quōdam honestatis vestientis. Ita enim perhibet: *cum sint duo genera decertandi, unum jure legum, alterum per vim, cumq; illud proprium sit hominis, hoc belluarum; confugiendum ad posterius, si non satis est uti superiori. Proinde necessarium est, ut Princeps rectum utriusq; & belluæ & hominis usum teneat. Et mox: Principi tum vulpis, tum Leonis mores assumendi sunt. Demum iterum: Jam verò nunquam hominibus defutura sunt causa, quibus in violatam fidem colorem inducant. In hanc rem ferè infinita possent recentia proferri exempla atq; ostendi. Quot pacis foedera, quot promissa & conventa fuerint perfidiâ irrita & vana? qui verò sagacior fuit, ut vulpinum ingenium exprimeret, ei felicius omnia ceciderunt. Quod quidem dogma à *Lysandro*, Lacedæmoniorum duce verisimilissimo emendicasse Machiavellum, non vanè *Clarissimus* auguratur *Conringius*. Ille quippè dicere solitus fertur: *quo pertingere pellis leonina non possit, ibi assuendam vulpinam*. Qua parcemiâ usus dux procacissimus, in commendationem fraudum & violentiæ, quas homo spretâ honesti ac inhonesti curâ, modo utile videretur, adhibuit. Et alibi idem *Machiavellus* fraudem expressè iterum suadet, dum Principi fidem non servandam esse, ubi damno ipsi sit; vel: si bonum publicum agatur, severè contendit. At enim verò nihil utile, nihil proficuum Reipubl. putarem, nisi honestatis fulcris infirmum sustentum. Prudentiâ temperata autoritas fundamenta status stabilit, non pessimus dolus, non malitiosa calliditas. Bonum præclarumq; consilium laudem famamq; insignem conciliat Imperantibus, quæ emigrat illicò, quoties ad pravum consilium delabitur senatus. A brutis petere præcepta Principi observanda, vel ut hominis mentem magis exprimam, indolem bestiarum in Imperantes transcribere, tropi sublimitate non satis excusabitur. Sacrosancta Regum Majestas est; tam vilibus igitur figuris non temeranda. Deus eam è cælo transmisit, vicarium sui locum impleturam. Hinc vitia eidem affingere, impietatis notam eximiè dicit. Multa conveniunt brutorum appetitui, quæ nullas hominum, nedum, qui Dei personam in terris refert, justè æmulabitur. Appetito lupum in cædem & lanienam armat, vulpem quoq; rapiendi libido trahit, cui*

B 2

promo-

*Machi. c. 18.  
de Princip.*

*Conring. An-  
madv. Pol. in  
Machiav.  
Princ. c. 18.  
L. 2. c. 13. de  
Republ.  
Vid. in Com-  
ment. de Re-  
gno & advers.  
Machiav. l. 1.  
p. 54.*





L. 3. theorem.  
21. p. 497.

promovendæ astutiam exerit; & tamen vulpina pellis induenda Principi, & lupinum ingenium subeundum eidem. Tùm verò pestis populi evadet, quem ejus statum sartum tectumq; præstare oportebat. Tùm evanescet spes, & desinet in subditis, quam de eo conceperant, confidentia. Quem ante ut Deum adorârunt, perfidum mox & versatilem formidabunt non minus, quàm horrebunt. Fœcunda seges conspirationis, & amplissima tumultûs materies! Quin imò apud exteros malè audiet perfidiosè callidus, ab ejus statu, tanquam domo ruinosa, cervices tempestivè subducturos. Fidem enim fallere, quid aliud est, quàm humanitatem planè exuerere? Ad supremi Conditoris imaginem creatus homo, ab ejusdem sanctitate quoque quidpiam participavit. Hinc principia illa insculpta altiùs humano pectore, quæ contemtim habendo, in ipsum Sanctissimum Numen, graviter, quicunq; demùm sit, committit. His neminem lædere juberis; & tamen supra alterum decipere pro lubitu non impediris. Implicant hæc talia, nec simul stabunt invicem. De hinc quomodo diliges proximum, dolo & omni calliditate perfidiosè eum persequens. Reclamat malitiosæ fraudi ipsa ratio: reclamat ipsum ad eò Jus naturale, cujus scita non violari, ad publicum multum interest. Non est quod excipias, hæc privatis scripta; Principem v. à legibus solutum agere: Si quidem illud assertum de jure naturali eximiè non prædicabitur, ad civile saltem interpretandum. Omitto pœnam juris naturalis transgressorum caput inoffenso pede secuturam; quæ Reipublicæ damnum, quin ruinam planè interdum accelerat. Id quod prævidere & avertere bono consiliario proprium atq; perpetuum esse debet; quod infra evadet clarius. Ad ultimum paulò aliter negotium expedit *Autor contra Machiavellum: Nam si fides illa, scribens, in dictis promissis constantia ex hominum vita sublata sit, Sicut Machiavellus tollere nititur, omnes contractus, commercia, omnem civilem justitiam, & hominum inter se societatem & communionem, simul aboleri necesse est, quæ sine fidei sanctitate consistere nequeunt. Jam si dissoluto fidei vinculo, omnia vendendi, emendi, permutandi, commodandi commercia, ceteriq; contractus & omnis negotiatio, juris æqua descriptio, certaq; vivendi disciplina, leges ac mores, dissipati interirent, quantum inter nos & bruta animantia interesset? Paulum admodum, nisi quod de-  
teriores*



teriores essemus. Nam sublatis commerciis, necesse esset dispersos homines, in agris, bestiarum more, vagantes, sine urbibus sine pagis, cultu & victu ferino, in diem raptio vivere.

Th. IV.

Omnia itaque cura, omnis intentio ad salutem Reipublicae dirigitur. Hic saltus & Rhodus est; haec meta, ad quam desudet, quisquis à consiliis Regibus esse ambit. Aegre medetur corpori artis medicae quamvis peritissimus, animo anxio & ex occulto morbo laborante. Civitas quoque corpus facit, non sustentandum diutius, nisi Reipublicae, à qua spiritus illius pendet hactenus, rationem habeas sedulo. Hinc *summa lex, Reipublicae salus*. Hinc tot apud Romanos Senatus consulta, quorum meminerunt Cicero, Sallustius aliique Romanorum Scriptores passim, de creandis Dictatoribus, & magistratibus majoribus, ne Respublica detrimenti quicquam caperet. Proinde ut haec sancta observatio in animo Politici eò magis sese effigiet, exuat omnes secretorum cancellos ingressurus affectuum perturbationes. Simultates, ira & odium invicta mala, uti nec alibi, ita nec hic laudantur. Dum enim viam praeccludunt rectae rationis dictamini, adeò excæcant homines, ut verum rectumque deprehendere non valeant. Progenerat infensum animum ulciscendi cupiditas: siquidem ut Dion Halicarnassæus habet: *Sic natura comparatum est, ut lesus ei, qui lesit, infensus sit*. Hinc verò omni saniori meditatione occisâ, in quavis deteriora proruit. Quae omnia declinabit diligenter, qui fidei datae satisfacere concupit. Aequum enim pro inimicis ac amicis consultandum, quia & hi in Republica degunt, cujus universae emolumentum intendimus. Remittenda privata odia publicis utilitatibus. Neque Titium, nec Cajum Tribunum noscat. Dehinc nec reliquis favorabilioribus motibus decedere fas est. Multae enim virtutes in vitia degenerant; & quod magis est, videbis eosdem affectus, pro temporum sorte, nunc virtutes esse, nunc vitia. Amare, misereri, gratiam amplecti, amicitiam beare, bonum hactenus existimo; modò non ita ames, ut damnum exinde percipiat res communis. Postulat haec natura societatis, cui quisque nomen dedit, ut eam conservare allaboremus magnoperè. Cui studio, nec amorem, nec odium obicem ponere fas est. Cicero *Dion. Cass. l. 44.* graviter satis hoc modo disserit: *In omnibus, P. C. consultationibus,*

B 3

neq<sub>3</sub>

L. 8. n. 35.

L. 38. & 44.

de pactis l. 45.

§. 1. de R. J.

Barclaj. Ar-

gen. l. 1. c. 2.

Dion. Cass. l.

44.



Philipp. Ca-  
merar. in Hor.  
Subcis. Cent. 1.  
633.

ad Tacit. An-  
nal. L. 3. p. 308.

neq; gratiam spectandam, neq; odia esse existimo; sed eam unumquem-  
que sententiam debere dicere, quam ipse optimam esse censeat. Non  
possum hic mihi temperare, quin verba literis auratis incisa tabu-  
læ ex marmore aptatæ & impositæ Ratisbonensium Curiaë subji-  
ciam: *Quis quis Senator curiam officii causâ ingrederis, ante hoc  
ostium privatos affectus omnes abjicito: iram, vim, odium, amicitiam,  
adulationem: Reipublica personam & curam subjicito. Nam ut alius  
æquus aut iniquus fueris: ita quoq; Dei Judicium expectabis & su-  
stinebis.* Hactenus inscriptio. Utinam illa lex in omnium, qui Rem-  
publicam tractant, animis altas radices ageret! utinam ob oculos  
perpetuò poneretur! Cæterum cum metus, cum pavor, cum adu-  
latio invisa regnis mala sint, execrabitur eadem in mane quantum  
hunc occupans locum. Pavidis enim consilia in incerto sunt: &  
quem metus tenet, quæ ad liberum inceptum meditari poterit?  
Nec adulationem, veterem in Republica luem sua pestis desti-  
tuit. Quid aliud enim est, quam peccatorum tegumentum, quæ è  
fastigio pœnæ sequitur severitas? Mordet hoc vitium gravius, quo  
magis boni specie se colorat. Honestâ enim forma & falsis pigno-  
ribus primum obrepunt Principibus, mox violentâ hâc procellâ  
inclinatos, quò volunt, flectunt in assentationem compositi. Tum  
verò vulneribus non adhibetur manus: tum celantur vitia, qui-  
bus sibi placet imperans, nemine eum admonente. Tum novis im-  
probitatibus fenestra perniciosè aperitur. Non tamen planè disce-  
do à Forstnero, qui primum & principale instrumentum, quo Prin-  
cipis animus ad audiendi patientiam disponitur & præparatur,  
adulationem, sapidissimum illum ingenii humani pastum existi-  
mat. Hâc Principes solos sapientes prædicari, illâ solos rerum &  
consilii potentes persuaderi velle. Exemplo esse Sylvam, procuran-  
tem quidem ut consiliorum suorum fructus haberentur: talem ni-  
hilominus speciem circumdedisse, ut illa captorum felicitas non  
tam à suâ prudentia, quam fortunæ indulgentia provenisse videretur;  
& hoc ipso Regis in se amorem in majus provexisse. A deo mul-  
tum præstat, ne scire tuum Regis prudentiam superare videatur.  
Hoc sive ad adulationem, sive ad simulationem potius referre ma-  
lis, non increpo, modo fraude destituatur propositum & malitio-  
sò dolò. Quicquid enim nomine Principis agitur, ipsi egisse, videri  
malunt



malunt, ut dignissimi in Republica laudem sibi tribuere habeant. Interim non diffiteor, cum timorem, tum adulationis suspicionem facile declinaturum Principem: si talia detestetur summo perere. Ac ipsius equidem Consilarii amore nihil sanctius quoque, nihil sincerius sit, quod magnus Justitiae, prudentiae ac fidei laude dignus veniat, cui secreta intimiora Princeps exponat. Fidem, libertatem, amicitiam, praecipua humani animi bona, Tu Consiliarie, tueberis. Non scite minus, quam verè Plinius: *Eorum consilio, inquit, in negotiis, in judiciis, & studiis utere, qui plurimum fide, intelligentia & veritate praestant.* Inde est, quod negligentes, partium, invite ad eas obeundas adigantur Jure Romano, per poenam iis constitutam in Avth. Adhac. C. de Judiciis. Pone verò ipsam etiam fidem apud quosdam Imperantes exitiosam evasuram; praestata tamen discrimini qualicunq; se subicere, quam sancta ejus pignora temerare. Hinc suo encomio non privandi Principes, qui providentiam cum maxime vigilant, in eligendo administrationis consorte, ut aptum inveniatur. Quò nomine Meleandrum Barclajus arguit, quod non seculò, non hominum moribus aestimatis ita caeterorum fidei crediderit, ut sibi credi par esse ex virtute senserit.

L. 3. epist. 2.

in Argen. L. 1.  
c. 2.

Th. V.

Fideli igitur darem libertatem Senatori, sine metu pronuncian-  
di in quibuscunq; rebus. Coacta Consilarii vox non consi-  
lium, sed extortum magis consensum suppeditat. Quò ne quidem  
indigebat Imperans, proprii genii sententiam secuturus. Pessima  
propositi ratio, cum semper aliquid monstriale videatur. Quod  
si enim bona, quod si amplectanda res vertatur, cur adimitur libera  
judicandi copia? Quod si portentosa, eaque ad voluntatem Prin-  
cipis decidenda, quid opus adfidentium arbitrio, sententiam jam in  
animò superioris latam, quam arietare periculum non leve habet? At  
enim inter arcanum Principis reponendum, quod aliorum simul  
suafu, id cum maxime peregrisse se fingat, quod suae voluntati omni-  
nò velificatur. Hoc tamen non omittendum, sibi ipsis injuriam  
facere, liberò consulentium arbitrio restrictò, quicunq; sint,  
qui dexteritatem consilii audire nondetrectant. Multa enim sub-  
ducuntur notitiae Principum à potestatem eorum veritis, in  
quae penetrare atque cognoscere decens humanitas valet. Sed

enim



*Curt. L. 3. in fine.*

*Horat. L. 1.  
Od. 12. in fine.*

*Senec. Epist. 14  
L. 23. in fine. de  
R. J.  
l. 6. C. de Pign.  
act.  
l. 52. §. 4. pro  
socio.  
l. 23. de V. O.  
l. 82. §. 1. L. 91.  
§. 3. eod.  
l. 1. §. 35. de pos.  
l. 23. de R. J.  
l. 1. C. de pos.*

enim Vir Prudens etiam hic ita se gerit cum *Hephestione*, ut Jus illud admonendi permittitur magis, quam vindicatum videatur. Non facile se corrigi patiuntur Principes, singulari potius modestia tractandi. Quare sicut adstantibus ministris non capitur consilium: ita nec quicquam tum monendus Princeps, ne ejus auctoritati quid decedat, vel irriteretur ipsius clementia. Saepè quod scis, nescias, cum Terentiana foemina; *Et dulce est, in loco desipere*. Inde evenit, quod Prudentiores plerumque in consilio formando dubio & ancipiti, in quod jam inclinare advertunt Principes, praesentur de potestate eorum. Illis quidem vicariis DEI resisti non posse, quo minus hanc vel illam viam ingrediantur. Nam cogi majestas à populo, nullam jurisdictione instructo, nequit. Caeterum animi sententiam in hanc rem se aperturos, quandoquidem à regnantibus exigatur. Illam ergo libertatem cum justo timore, seu reverentia, timorem cum libertate arctiori nexu conjungerem. Neutrius enim limites transiliendi sunt, ne quis cum Philota queri habeat; *Fides amicitia veri consilii periculosa libertas, vos me decepistis, vos, quae sentiebam, ne reciterem, impulistis.*

Th. VI.

**A**djuvat praedictam suadendi libertatem mirifice *immunitas*, ut licet consilium, bona fide datum, praeter spem diversum exitum sortiatur, inde non diminuatur Senatoris auctoritas. Summus consiliorum moderator DEUS est, qui consiliis, agitatibus à prudentia humana, ex imperscrutabili voluntate haud raro contra venit, quem eventum non luere debet Consiliiarii dexteritas. Taceo infinitam circumstantiarum varietatem, quam altiori indagine licet consideret ubique Consiliarius; qui tamen exequuntur praescriptam viam, in minimis interdum improvidi, liquida omnia turbant. Et enim quod in manu ipsius non positum, id praestare quomodo poterit? Initia in nostra sunt potestate: de eventu, fortuna judicat. Si ex Jure Romano suppetias quaerere fas esset, dicerem, quod *casum fortuitum nemo praestet, nisi culpa aut mora casum praecesserit*: vel quis cum in se suscepit. Quis vero eò audaciae processurum Senatorem arbitretur, ut imperare rerum eventibus periculosè praesumat? Inde est, quod illam immunitatem firmaverint nonnulli, impetrata à Superiori cautione, ad id ut indemnes abeant, licet felici successu consilium non insequente, sive quorundam timiditas diffidat facile, sive



lè, sive arduum periculosumque negotium id ipsum sibi deposcat.  
Ad ultimum omnia deliberatò suscipiat animo Vir Politicus, nil  
properè, nil præcipitanter. Nihil magni discriminis consiliis tam *Liv. L. 31. c. 32.*  
inimicum quàm celeritas: & acria ingenia sæpenumerò sui fiducia *Sophocl. in Oe-*  
corrumpit. Quisquis sapit celeriter, non tutò sapit, nec melior tem- *dip.*  
pore ullus cõsiliarius habetur. Juxta formidinè velocitas, cunctatio *Plutarch. in*  
propior constantiæ est. Non vomendæ; sed meditandæ cum curâ de *Pericl. n. 37.*  
consilio orationes. Ad poenitentia properat, qui judicat citò, facilli-  
mèq; impingit, qui parū providit. Nam qui ad res gerendas præcep-  
sunt ruit torréti flumini similis, impetui potius, quàm rationi morè gerit.  
Nò abit à nostra sententiâ laudatus *Forstnerus*, qui cunctationè pro-  
prium debiliorum solertiam facere videtur: siquidem ipse hoc as- *in Tacit. An-*  
sertum longâ serie refutat. Qui egregius cum primis in eo est, quod *nal. 12. c. 12.*  
discrimen ponat inter ea, quæ temporis beneficio evitari corrigive  
possint, ubi moram suadet, autore Tacitò: & illa, quæ utcunqve  
effugere velis tamen recurrunt, in quibus quantocyus transigen- *Annal. 13. c. 15.*  
dum statuit. Cui assertioni nò repugnant Itali: *Chi ha tempo, ha vita.*  
Est enim tempus rumpendi moras, cum iisdem deteriores res fiunt.  
Et ubi periculosior quies, quàm temeritas. Juvat interdum insistere  
famæ, urgere cæpta, & impellere in casum propendentem hostem.  
Tunc enim non quæres, sed rapies tutius consilia, ut consulas navi,  
ante quam fluctus exsuperent. Interim verò cunctationem hic ple- *Demosth. Phil.*  
rumque sedem sibi defigere palam est, quippe quæ non tarditatis at- *3. Polyb. L. 9.*  
que socordia, sed gravitatis, sed sapientiæ notam prodit. De execu-  
tione quod afferunt, eam celeri pede decurrere debere, consilii na-  
turam non intrat. Essentia igitur cum modo perficiendi, non erat  
confundenda.

Th. VII.

Quod ante fuit dictum de turpitudine non admittendâ, ho-  
nestateq; ubiq; attendendâ, diligentius paulò exputandum. Nempe  
breviter ita habe: Negotium quod dispiciendum incidit vel cum  
exteris, vel cum subditis vertitur. In utroque ad tria, cum primis ex  
diversis paulò principiis arcessenda, respiciendum: Justitiam, uti-  
litatem & decorem sive honestatem. Nam non omnia, quæ justa,  
eadem & utilia; & quæ utilia decoris censuram statim tolerant.

C

id quod



L. 2. de J. B. &  
P. c. 8. §. 1.

id quod ex sequentibus evadet clarius. Quod si exteros tangat controversia, *præter naturale*, quod in omnibus consiliis agmen ducit, & infra discutiendum est, *Jus Gentium* quoque in partes eximie vocandum; cujus quidem indolem declarare non minus arduum, quam periculosum est, dum multi id à posteriori, ut cum Philosophis dicam, depingere amant; quod jam olim Magnus Grotius advertit. Nobis tamen fraudi esse non debet, si pro negotio præsentis planum quid eligamus, & ex contextu Rerumpublicarum id dimetiatur. Descendendum in profunda Reipublicæ incunabula, & eruendum ex iis aliquid fixum, ex sanctimoniâ oriundum Imperantium, quæ nec in se, nec in suis violari debet. Naturale Jus homines spectat, quæ homines sunt: Gentium, quæ gentes. Non est, quod consensui mero populorum referamus acceptum, ambiguo satis, nec usque dum satis probato. Jus enim est, adeoque stringet inductâ obligatione, quâ suppositâ non ex libertate, sed necessitate, ad id servandum tenebuntur populi. Aliàs facile contrariò dissensu ab eodem recessuri. Quod tamen nec factum novimus, nec futurum scimus. Quis enim nisi nefariò ausu evertat legationum Jura? Quis frangat foederum sanctitatem ex hoc fonte promanantem? Quis præconum incolumitatem temerariâ manu attentet? Ad hæc si ex solo consensu æstimes juris hujus vires, non unquam violatoribus deerit prætextus causantibus, se non consensisse in commune scitum, adeoque non peccasse. Ergone tum missitanda injuria, nec arcessendi in mutuam cladem injusti? Ita ferret negotium. Injustitiâ enim sapit omnis ultio, cui jurium læsiõ non firmiter patrociniatur. Nihil moror obloquentes: Jus Gentium sæpius mutatum & contrariò sensu abrogatum esse. Quo nomine allegant Servitutum, aliasque gentium consuetudines, de sætutine inumbratas. Nam hoc assertum, quomodo capiendum sit, alii exposuere, & ex superioribus limitandum venit. Aliud enim est, consuetudine gentiũ frequentari: aliud easdem inde teneri, tanquã propter jus. Hoc inhæret ipsis Rebuspublicis, nec nisi iis abrogatis interiturũ. Respicit totum alios populos, & id transgressus aliã Rempublicam lædit: illud verò sine violatione gentis deserere licet. Quò Servitutum refero, à quæ Christiani homines, sine injuria reliquarum Rerumpublicarum, jamdudum recesserunt. Nobis interim sufficiat nosse, Jus Gentium  
emoliri



emoliri quandam actuum publicorum regulam, inter diversas gentes observandam, ut communis justitia & tranquillitas sibi constet. Hòc præmissò, videtur mihi in proclivi esse, rectitudinem talis negotii eruere. Quod si enim hæc & naturalia sancita, non evertat, justum id putarem illicò. Sed indolem illius Juris ex moralibus sibi petat, qui Principis lateri adstiturus olim speratur.

Th. VIII.

Postquam ex Justitiâ deductum negotium est, jam ad utilitatis postulata examinandum venit, quam Clarissimus Conringius non immeritò cujusvis Reipublicæ universalem finem adstruit. Omnis tractatio per causam hanc finalem decurrit. Ubi insimul subjecti & causæ efficientis habetur ratio. Id enim denique aptissimum medium obtinendo fini, quod in sese & respectu subjecti commodissimum. Hic verò statum Reipublicæ cognitissimum vellem, ut sciamus, an consultum etiam profuturum in publ. sit. Nam sicuti idem cibus ad omnium palatum non facit: ita nec idem consilium ad Rempublicam quamlibet. Qui mare nunquam ingressus est, non sibi tribuit, quod nauticæ artis peritus sit. Qui Musicæ operam non dedit, non profitetur notas harmoniasque cognoscere. Ut vero multa paucis comprehendam, ad Rationem status, ut vocant, vel Imperantis statum, prout Joh. Anth. Pallazz. placet, mittas oculorum aciem. Non displicet enim, cum ad duo genera reduci, ut concernat Principem, in ordine ad se, vel ad alios eosque cum præcipuè cives, tum extraneos, ubi solertia cum primis se commendat. Potius nunc est, ut *solertiam*, quam modò diximus, uberius paulo trutinemus. Ac illam equidem ex duobus capitibus consistere nobis persuasum habemus, ut scilicet vim externam Reipublicæ ab altera imminentem præcaveat solerter, & licitis artibus Principatus commoda promoveat. Prius apprimè accurat consiliarius cum sedulò scrutatur Reipublicæ, quâ cum res geritur, intentionem, ne conventionibus quicquam admittat, quod materiam ullam opprimendi status præbeat. Sæpè minima scintilla in latè serpentem flammam evasit, & quos aggere non continet, adjectos campos inundant fluctus. Non ignoramus enim multis cupiditatem accendisse vicinæ civitatis debellandæ occasionem, susque deque habitâ justitiæ causâ. Utilitas ipsis cum

*de Civil. Prud.*

*c. 10.*

*Ludovic. Zuc-  
col. dissert. de  
Rat. stat.*

*Videatur di-  
sert. Polit. de  
Rat. stat. ad  
Sereniss. Princ.  
Archid. Au-  
striae p. 7.*



*Arist. c. fin.  
Nicom.*

Machiavellica Secta sat causæ fuit, & quolibet modo protèndendi imperii fines studium. Tum verò sævitia, crudelitas, feritas triumphant, indeque gravia statui damna. Proinde ne turbetur à talibus Respublica, ansæ ejusmodi bellandi sedulò præscindendæ sunt. Tunc quoque fœdera cum aliis pangenda, vim impotentem simul propulsuris. Probarem tamen hîc cum maximè cum æqualibus fœdera, & iis, si fieri queat, qui ab invasura Republica etiam periculû sibi timent, aut ab eâdem jam irritati sunt. Vis enim conjuncta fortior: & funes complicati facilius constringent manus. Ad inæqualia

*Grot. L. 1. de J. B. & P. c. 3. §. 21.* fœdera non deveniendum facile. Quamvis enim, qui inæquali obstringitur, liber maneat, & alteri non subjectus, summæ potestatis axiomate adhuc ornetur; evenit tamen plerumque, ut fœdere superior potentiâque prævalens, paulatim confœderator, totum Imperium ad se pertrahat, vel per violentam potestatem, vel Jus majestatis potissimum variò prætextu inferioribus eripiendo. Inservi-

*Halicar. L. 6.*

*Liv. Lib. 36.*

*Grot. L. 2. c. 6.  
§. 3.*

unt exemplo Athenienses, qui à sociis ad se provocari fecerunt. Quod Jus majestatis capitale cætera pedetentim secum adducit. Et quid aliud Latini querebantur, quàm sub fœderis umbra Romanorum dominium? Quare hîc probè vigilandum, ne involetur status. Deinde autor esse caveat consiliarius, ut alienetur pars populi, viribus sic regni enormem jacturam passuris. Non minus periculo habet, si ære alieno se obruat Princeps, parte regni oppignoratâ. Præterquam enim, quod utroque id casu ei, integrum semper non sit, sine populi consensu; ægrè pignus iterum extorquebitur creditori, qui deinceps regnum divisum planè occupare & subigere facili negotio potest. Taceo cætera, quæ vel directò, vel indirectò statum abolere, vel ingens damnum accersere valeant, omnia sedulò ab eo, qui Principis gubernaculo adstat, attendenda. Solertiam in utilitate, seu ut cum Jctis dicam, lucro captando, enarrare hic nimis longum foret. Id generaliter enuntio, probè consiliarium meditari oportere, ne per tale commodum Respublica crescat, quod majori deinde damnò eam afficere valeat. Hinc antecedentia, concomitantia & consequentia probè ante oculos sibi ponat. Expendat vires demum civitatis, civium genium & mores. Et, quod primo loco allegandum erat, multùm juvabit *consultum statuum reliquorum*, quos vocant, & præprimis Reipublicæ, quâ cum agitur;



agitur, *cognitio*. ubi circumspiciet potissimum populi indolem, fidem, commercia, foedera, iisque ponderatis altius, non juxta habeat Historiarum memorias, instar vaticiniorum saepius futura praedicturas. Necessitas quoque non semel regularum claustra rupit, eaque duce iniqui aliquid agi posse Democritus perhibet. Nihil attinget deducere reliqua, quae Vir prudens ex sapienti pectore depromet facilius, quam literis consignari ut possint. Huc circumstantiarum observationem: huc rationem rectam traho, quae ipsum consilium vivificat quasi atque animat. Integra mens, acris intelligendi judicandique de rebus sincerè copia, haec firmamenta, haec praesidia consiliorum sunt. Benè Curtius: Nihil non potest esse diuturnum, cui non ratio subest. Ad ultimum serviat temporis consiliarius hoc est ingenio ad omnia fermè negotia civilia sive pacis sive belli instructus, cuicumque fortunæ se accommodare calleat. Necessitati parere, eamque in virtutem, quod dicunt, vertere, rebus diversis consilia adaptare, & quo non rectè possis, obliquâ velificatione tendere, salvâ tamen ubique Justitiâ.

Th. IX.

Vindicata utilitate ad *honestatem* seu *decorem*, convertitur consilium subministraturus, quam antequam ingrediar, id inculcare habeo denuò, me honestatem non eò hic sensu capere, quò justitiam naturalem, sive ipsum naturæ jus exprimit. Id enim antea præmissum. Sed pro decoro observando omnibus, qui in suis actionibus benè audire, & ne famæ inuratur macula, præcavere, impensè satagunt. In quam sententiam egregiè Ictus differit: non omnia quæ licent, statim honesta esse. In hoc articulo deprehensus excogitat secum, an etiam honori Reipublicæ cedat, quod fabricandum conclusum est? & an licitis etiam instrumentis perficere detur? Absint enim malitiosæ fraudes in hisce tractationibus, quæ notam aliquando foedam aspersere fraudatoribus. Actum quidem existimatio Reipublicæ laborare, diffidentiâ emergere, & tantum non omnium oriri contemptus. Quare non id sibi negotii datum existiment consiliiarii, ut Rempublicam suam opibus locupletem, copiis firmam, cum damno vicinorum reddant, cum hæc talia multum gloriæ Principis detractura timeantur. Dehinc & alias

*Senec. declam.*

*l. 9. decl. 4.*

*Apud Stobæ-*

*um serm. 44.*

*L. 4. in fin.*

*Reinh. Con-*

*dit. de fid. Pol.*

*c. 10.*

*Grot. l. 1. de J.*

*B. & P. c. 2. n.*

*1.*



& alias vias, timiditatem, impotentiam, servilesq; animos prodituras, profligamus hinc atque proscribimus. Quippe quæ decus civitatis plerumque imminuunt mirifice, materiâ suppeditatâ interdum in eam debilem & impari viribus invadendi. Ita præstat utilitatem ancipitem, ab alterâ Republicâ oblatam, respuere, quàm libertatem agendi quidquam discriminis pati. Ingratum enim liberis obsequendi pretium est, & non totò aurò actionum libertas venditur. Hæc ita applico: sollicitat una Respublica alteram, ut hoc vel illud faciat vel non. Tunc pactum illud inde pangendum, quamvis justitiæ naturali & Gentium Scitis non reluctetur, & profuturum multum quoque speretur statui: attamen decor forsan illud ablegare poterit procul, ne opinio gloriæ evilescat. Sicut verò animum abjiciendo: ita & extollendo eundem nimis, gloriam conspurcant populi, cum ambitio scilicet, cum avaritia, aut alia cupiditas materiâ subministrat negotio pertendendo. Quæ tamen hinc interpretor de negotio, cujus intentio concurrens, saltem sinistra videtur. Nam si principium injustitiæ sapiat, ob primum postulatum non admitti debebat. Causæ rectitudo ex ipsis penitralibus Juris Gentium haurienda non migrat; licet forte advolet sinistra intentio, existimationem Reipublicæ modò impugnatura. Nam quæ ex accidenti superveniunt, essentialia causarum nequeunt destruere.

Th. X.

**N**unc ad Subditos dilabimur, quousque salvâ Justitiâ, in eos Imperium exerceri possit, pro sit, deceat, ad priora scita dispecturi; quæ tamen ex diversis quodammodo principiis discutienda veniunt. Ac cum consulatur hinc vel de Imperio salvâ justitiâ, commodè in subditos exercendo, ubi de vectigalium & tributorum æquitate, de legitimis obsequiis, breviter dicam: quicquid ad statum publicum pertinet, agitur: vel moveatur quæstio de iis, quæ sine respectu ad Rempublicam, in singulorum actionibus iusta sunt, & ad eorum utilitatem spectant; liceat huc advocare divisionem negotii in publicum & privatum, ac illius indolem, ut fas est, excutere prius. Cadit hic suâ sponte opinio existimantium, Senatorem in tali examine etiam Jus Gentium attendere obstringi. Nam hoc tantum inter gentem & gentem viget, ad subditum  
temerè



temerè non protendendum. Id quod ex supra adductis clariùs li-  
quet. Circumscribunt igitur hic Imperantes Juris Naturalis limi-  
tes, quos transgredi religioni ducent, nisi summæ potestatis axio-  
mate indignos se profiteri ament. A Deo demissa in terram Maje-  
stas. Illi unice subjacet, illi peccat, & rationes olim reddet. Quare  
& præscripta & sancita divini Numinis strictè observet. Hinc Rex  
Israelitarum legere & relegere verbum divinum jubebatur. Unde  
verò dignoscantur rectius illius Juris fundamenta, ex Morali do-  
ctrina edocemur. Et ipsius rationis dictamen principia suggerit  
Practica, ex quibus promptè actum moralem honestum servan-  
dum, turpem vitandum colligere licet. Non possum non summi  
Theologi B. Meisneri gravitatem admirari magnoperè, in hunc  
modum tradentis: *Est quidem Deus hujus legis in homine princeps  
causa, mediante tamen naturâ, unde lex nature haud incommodè ap-  
pellatur: quoniam à causa primaria semper peti solet denominatio.*  
Sanctum Numen est, & creaturas ratione præditas sanctitatis par-  
ticipes quodammodo voluit. Hinc favorabili quodam concursu,  
illam intellectui nostro tribuit normam, quam ipsa sibi præstat.  
Natura enim humana statim ab initio capax est legis æternæ,  
seu conformitatis illius, inter intellectum divinum & hominis.  
Hæc incunabula, hæc adyta intimius penetret Consiliarius, custo-  
diat, protegat, nec evertat unquam. Conjecturus facili ratione,  
inceptum contrarium impunè non iri ablatum. Cum enim adeò  
illud immutabile, ut ne quidem à Deo mutari queat, salvâ scilicet  
ipsius sanctitate, ejus violationem in suo Vicario severius censebi-  
tur vindicaturum Supremum Numen. Pone igitur, Principem sub-  
ditum velle de medio tollere, libidini improbæ satiandæ, inno-  
centem tamen & probum, eoq; nomine consulere Senatores: tum  
verò non consentiant in injustum & execrandum ausum. Quam-  
vis enim gladii jure armata Majestas conspiciatur; illum tamen  
non nisi ex justâ causâ stringat, cum nulla potestas ad injusta data  
hactenus. Superfedeo ulterius in hanc rem me demittere aliunde  
addiscendam. Nam si omnia huc facientia essent dispicienda, tem-  
pus citius, quam materies, & verba me defectura timerentur.

*Dissert. de  
Legib. Lib. 3.  
n 3 p. 122.*

*Magnif. Dn.  
D. Zigl. in cit.  
supr. Annot.  
ad Grot. L. 1.  
c. 1. S. 10.  
Grotius cit.  
libro.*

Th. XI





Thef. XI.

**N**on possum tamen hîc mihi imperare, quò minùs de Jure divino sedulo attendendo adjiciam, à Naturali maximè distincto, hoc enim inesse moralem turpitudinem actui cuidam, aut necessitatem moralem, ac consequenter à Deo naturæ Autore talem actum, aut vetari, aut præcipi judicat: illud ea edicit, quæ per se & suapte natura debita vel illicita nō sunt. Et ex eo aliud iterū ad populū Domini directum, aliud præter Hebræos & universos populos stringens; cūm toti generi humano à Deo injunctum fuerit & latum. Unde humano generi ter jus datum scribit Grotius: statim post hominem conditum, iterum in reparatione humani generis post diluvium, postremò in sublimiori reparatione per Christum. Quod postremum egregiè sæpè laudatus Magnus Dominus noster Ordinarius, non ad novam sanctionem, sed veteris à Deo latæ restorationem interpretatur, cūm ei non superaddiderit aliquid Christus, verum à corruptelis Pharisæicis saltem vindicaverit & pristinæ puritati restituerit. Deinde & offerunt se præcepta quædam Hebræis præscripta, quæ nihilominus & nos adstringunt. Ita totum caput *Deut. 18.* moralitatem sapere, adeoq; & nos tenere adstruunt Theologi, quos sequitur Vinnius & Magnus Carpzovius, citante eos Magnifico Domino Ziglero. Exemplo sit incestus inter fratres & sorores, qui cum ex Juris naturalis scitis non fuerit improbatus, mandatum tamen divinum supervenit, eam conjunctionem valdè execrans. Talia ergò positionibus divinis fraudem illatura, præcavenda à Consilio maxime sunt, ne Numinis Supremi in Rempublicam concitet iram. Quòd si verò juri divino necessario, & voluntario non refragetur decisum, justum nomen non iniquè adipiscetur.

Th. XII.

**U**tilitatis dogmata supra quædam congesimus, quibus hic loci, variantibus causis, alia superaddere, non pigramur. Debet verò illa tendere ad salutem tam publicam, quam privatam. Et Imperantes & obedientes Rempublicam constituent. Utriq; in suo statu conservandi. Nec urgebis feliciter cum rigore Imperium, ut inde obsequium fatigetur. Præstabit interim ad felicitatis publicæ, ex quâ privatâ spiritum trahit, puncta, primùm converti. Illa enim hanc

*d. J. B. & P. L. 1.  
c. 1. n. 15.*

*ad §. 6. Inst.  
de Nupt.  
In annot. ad  
§. 13. c. 5. L. 2.  
Grot. de J. B.  
& P.  
Hahn. ad  
Vvesemb.  
Tit. de Rit.  
Nupt. n. 4.*



hanc permeat, animat & vivificat, ut sibi satis constet, hinc primum locum meritò occupatura. Nulla igitur prior, nulla antiquior in omnibus actibus cura sedeat Consiliario, quàm ut firmamenta statûs stabiliat apprimè, ejusq; emolumentum impensè venetur. Non frustra sunt, qui Rationem Statûs hic objiciunt Consiliario, ad cujus normam, tanquam Cynosuram, placitorum suorum, cursum prudenter dirigat. Faceffant interim, qui eum per legem depingunt utilem Reipublicæ futurum, nullò respectu habito ad justitiam; in quos Dominus *Cellarius* invehi videtur. Et hoc assertum superiora satis refellunt. Nec attēdimus *Machiavello*, cui eandem passim utilitate solius Imperantis metiri arridet, parùm curaturo, quibuscunq; versutiis obtineatur. Status enim commodum emolitur hæc ratio; ille verò in publicum & privatum se diffundit. Quare non separanda, quæ conjūgenda erant. Nec indulgebimus inde libidini Principis & proprio commodo quærēdo, cum publicam utilitatem hic asseveremus in omnes cives dimanantem. In quam rem graviter differit *Celeberrimus Conringius*, quando, *op- timè illam, inquit, expresseris latinè per Reipublicæ rationem, aut per commodum publicum civitatis. Quicquid enim usus Reipublicæ alicujus exigit, id ipsum est, quod Ratio Status postulat, neq; aliud est ad Rationem Status dirigere consilia, quàm pro scopo actuum habere salutē illam publicā.* Adeoq; hætenus quidē nihil in illâ voce latet culpæ. Quòd verò hujus prætextu flagitia dominationis exercentur, extra vocis innoxiam significationem est. Proinde nec ab illorum partibus steterim, qui omnem Rationem Status iniquam pravamq; & exterminandam ad eò vociferant. Quorum errorem progenuit fortè, quod ejusmodi tituli plerumq; à tyrannis inventi circumferantur. Pòst illam luem etiam saniores partes infecisse, ut quò pravitatem rei quadantenus tegere possint, habeant velamentū. At enim v. segregam9 tyrannicas artes, segregam9 ab usu abusū. Possidēt jura majestatis tyranni, eaq; in crudelitatē vertūt. Ergone id eò eorū virtutē nunquā exerat bonus Princeps, quod malè usurpet tyrannus? Temeraria uniq; lingua non impedit cæteris loqvendi facultatem, nec damnantur divitiæ, quòd malitiæ interdum patrocinentur. Quod prævideas forsan Dominus *Septalius*, distingvere non renuit inter Rationem Status bonam, bonisq; principatibus

*in Proem. Polit. th. 24.*

*Johan. Tob. Geisl. de Stat. Pol. c. 9. n. 8.*

*de Civil. Prud. c. 2. p. 10.*

*Septal. lib. 1. de Ras. Stat. in Prefat.*

D

con.





L. 7. de Republ.

Lips. L. 1. Pol.  
c. 6. n. 2. sequ.

convenientem: & pravam, corruptis propriam. Hæc ratio, hæc utilitas ergò exigit, ut sancita adaptentur præsentì statui. Multa enim iusta reperimus; quæ tamen non adjuvant Rempublicam statim. Exemplo sit *servitus*, quæ olim quidem floruit in Romanâ Republicâ, ei statui tum temporis benè congrua: hodie verò non reducenda temerè. Nam quamvis iustitiam forsan non enervaret, utilitati tamen vix respondebit, assuetis libertati nunc omnibus. Deinde quùm maximè proficuum existimarem, ut leges ferendæ convenient toti multitudini. Aliàs non multum commodi spiraturæ. Hoc ipsum Platonem movit, ut totum Reipublicæ corpus curari vellet, ne dum partem aliquam tuemur, reliquas deseramus. A quo non recessit *Aristoteles*, quando habet: *Legislatoris iudicium est, non de una aliqua re, neq; de præsentibus, sed de futuris & universè.* De cætero multum fœnoris adfert, si coerceat senator vagam licentiam, ne quisque suo more & modo vivere præsumat. Lascivia, libidines, jurgia, luxus ubi triumphant, deperdunt omnia. Honestas, modestia probitas, iustitia fulciunt è contrario regnum. Tum verò inde emanat ad multitudinem quies, bonorum omnium fons & scaturigo. Demum circa commercia quoq; exercet prudentiam Senator, agriculturam aliaq; studia, ut quemlibet ordinem suus labor maneat, nec irruat unquam confusio. Taceo cætera usui futura in Republica, quæ pro suâ solertiâ facilè in eam inducet Vir Politicus.

Th. XIII.

**H**actenus cautio in emolumento captando; sequitur, ut pauca adjiciamus de præcavendo damno. Nam & hoc declinatum ad utilitatem cedere videtur. Proinde hic totus in eo sit, qui cancellos Principis frequentat, ut nihil admittat, quod nocumento esse statui valeat, licet Iustitiæ, modò præmissæ, non contrarium. Et ne prolixitate molestus sim, maximum momentum saltem hic rimari placet. Scilicet in omnibus causis, inter Principem & subditos discutiendis, ne quicquam statuere integrum est, quod materiam conspiracybus, tumultui, & nascenti inde mutationi suppeditare queat. Ferum plebis ingenium est, facilè ad consternationem excitandû. Tum verò consiliis illa præcepta, DEO Majestateq; spretis tumultuariâ concione implet omnia, pro duce pervicacissi-



eissimum secutura. Volant faces, & saxa, & arma ministrat furor.  
Commovetur in suis partibus Respublica, Principe non amplius in-  
violabili & sacro sancto. At enim verò cum evitare in consiliis tur-  
bam debeat jura simul exercens, non abs re erit, si paucis causas  
tumultuum foecundas exputemus. Admiror hic magnoperè Fri-  
dericum de Marselaer ita scitè hanc rem depingentem: *Est seditio*  
*motus, quæ ejusdem imperii multitudo inter se, aut cum suis Superiori-*  
*bus dissentiens, libertatis vel utilitatis consequenda, vel oneris discutien-*  
*di, vel injuriæ inferenda, vel religionis mutanda causâ, sciens volensque*  
*in Reipublicæ detrimentum concitatur.* Quod Clarissimus Forstne-  
rus tradit, debilem plerumq; Principem & facile contemnendum ar-  
guere factiones, id universali pronuntiatio Vir egregius non asserere  
audet. Nam & potentiores idem fatum experti declinare invidiam  
non valuerunt; id quòd vel unicum Cæsaris exemplum satis nos  
edocet. Quare dixerim, non minus immensum potentiae modum,  
fomentum substernere tumultibus. Sufflat illa primùm diffidentiae  
scintillam, quæ in indignationis cinere tamdiu gliscit, donec in au-  
daciae flammis periculosè erumpat. Proinde, ut hanc exitiosam  
cladem abigas procul, advertendus animus tum ad subditorum in-  
genium, tum quoque ad facultates divitiasque, quas quisque civi-  
um possidet. Quòd si libertatis tenaces cum maximè inveniuntur,  
servilem in modum non tractandi, ne exardescat turba, sed specie  
libertatis ad obtemperandum adigendi sunt. Id quòd Romanæ Mo-  
narchiæ fundatores egregiè calluerunt, veteri libertate non planè  
abolitâ. Indicebantur comitia, referebatur ad populum de nego-  
tiis publicis, transcriptâ nihilominus omni in Imperatores potesta-  
te. Ita jugi impatiens plebs dementanda interdum aptâ ratione  
venit, ne scena ipsi suboleat. Sæpè n. species veritatis locum subit.  
Ac cum quoque ad libertatis punctum reponatur, ne in dignitati-  
bus conferendis prætereantur cives, hic quoque fidelis suasor Prin-  
cipi Consiliarius adsit, ne forsan in peregrinos honores maximè  
digerantur, summâ cum subditorum invidiâ. Non facile enim con-  
coqvunt indigenæ, in suâ Republicâ plus aliis, quàm sibi tribui. In-  
dè livor, questus, & præsentissima mox animorum aversio. Et  
aliàs quoque vix effugiunt suspicionis notam exteri. Coelum, non  
animum mutant, qui trans mare currunt. Et nescio equidem, cur  
Patriæ

*in suo Legat.  
dissert. 25.*

*ad Tacit. L. II.  
c. 16.*

*Clapmar. de  
Arcan. Re-  
rump. L. 6. c. 1.  
p. m. 243.  
Sueton. in Vita  
Cæs. & August.*



Patriæ fumus alieno igne semper habeatur luculentior. Quod si circa bona controversia ferveat, non minus providens cautio requiritur. Nam ita de vectigalibus, ita de tributis statuet Senator, ne, fatigatis nimis dationibus subditis, nocuum exinde perferantur res communis. Quapropter licet æquitas naturalis sæpius non intercipiat propositum Principis; publica tamen utilitas id non rarò repellit. Præstat Principem locupletibus gaudere subditis, quàm horum egestate ditescere. Optimum ærarium in illis habet, & paratissimos thesauros, quos, necessitatis telò urgente, erogant, aut, si refractarii detrectent, exhibere coguntur. Id tamen silentiò non involvendum, in hisce causis, proportionem, quam Geometricam vocitant, attendendam sedulò. Quò enim quis magis in lautiori & auctiori parte putatur, eò & plus eum contribuere decet, cum ad commodi modum dimeriamur onera. Quod punctum, quamquam ex justitiâ quoque consistat; utilitatis tamen cum primis abs se spargit axiomata. Per hæc igitur non est integrum distributionem moderanti, rem expedire aliter, immensâ pauperum aliàs extitura multitudine. Jam præstat hos simul servare, quam iis ad faccum & peram, quod vulgò dicunt, excussis, divitibus indulgere nimium. Postulat natura hoc societatis, ut ditiores socii egenorum onera simul perferant, ne ei dissolvendæ struatur iter. Et enim non bonis tantum, sed & corpore servimus Reipublicæ; Unde si subleventur paululum rerum indigi, compositi inde & erecti, promptiores adsunt periculo, si quod fortè ingruat, subeundo. Aliàs in seditionem facilè desitura, si prematur crudeliter, egestas. Tum verò conclamatus status est, intestinis bellis, abominandis maximè, eum exercentibus, quæ non semel florentissimis Rebus publicis ruinam acceleraverunt deplorandam. Sed hæc de utilitate dicta sufficiant.

Th. XIV.

Super est honestatis regula, supra jam plurimam partem diducta. In hoc verò articulo unicè eò collimet Senator, ne Regnantis autoritas ob legem conditam evilescat in subditorum animis. Multum in hominum cordibus respectus & veneratio cujusque potest. Illa instar divini nimbi regnantis caput ambiens, eum ab humilitate abesse facit. Duo Principis thronum sustinent, Potestas atque



atque Autoritas, unde iudicium fluit. Utrumque impleas oportet. Alias si propriis firmes atque stabiles opibus, non decrit quidem lumen & splendor aliquis; sed fulguri similis, quod comitatur tonitru. Sicut igitur DEI Vicacium Rex in terris refert potestate, ita & benignitate; ita & decentibus institutis in eum imitari convenit. Quam viam spretam, saepe ansam dedere in supremum gubernaculum, everti, ut subditi deficientes in contemptorum capita conjuraverint. Nam quamvis illi nulla potestate armentur animatverdendi in fontes, sacro sanctos & a subditis, utpote inferioribus, non violandos nequiter; non semel tamen eandem tumultuoso sibi impetu rapuerunt. Atrox ingenium plebis est, facilius reverentiae opinione, quam metu cogendum ad officium. Quam saepe nefario ausu excussit jugum? Quam saepe descendit illa ad vim & movit turbide omnia, manu obtentura, quod precibus obtinere desperabat? Tum vero DEI Majestatisque autoritate juxta habitam spretamque, id sibi justum putat, quod dira cujusque libido dictitat. Et licet, haec non timenda usque quaque, incipit tamen talium fama labascere, tum apud subditos, tum apud externos, tam indecentibus proditis placitis. Quale ferè fuit, ut alia exempla transeam, Vespasiani scitum, urinae etiam censum imponentis. Nam licet non iniquum fuisset, dedecoris tamen labe ejusmodi laborabat postulatum. Proinde nullam Jus promulgandum contaminet tituli sacratoris decus. Utilitatis enim cura tanti non est, ut illius dispendio haec stare debeat.

*Sueton. in Vita Vespasi.*

Th. XV.

Quandoquidem Principis Consiliarium nobis considerandum sumus, non abs re fore arbitramur, si quid in specie hic attendi mereatur, adjungamus. Tum vero diligentius, quae inter Principem & subditos intercedunt pacta, ille rimetur, quae minus accurate alii leges fundamentales appellitant. Lex jussu majestatis est, quae non pollet eligens sibi quempiam in Regem populus. Ubi civile Imperium exulat, aequalitas viget, quae legem dicere haud potis est. Pacta & promissa naturalis aequitatis limitibus conclusa, stipulationem hanc absolvunt, non sanctiones, non leges superioris alicujus indices. Summa Imperii indoles Principem instruit, neminem superiorem in sua Republica agniturum. Qui vero alteri sancitum

D 3

obser-



*Vide Machi-  
av. cit. supr. l.*

*Tacitus.*

*Comment.  
adv. Machiav.  
p. 53. 54. 56.*

observandum injungit, jubet; qui jubet, jurisdictionem allegare habebit, quâ præditus superioritate armatur. Proinde ad conventiones non immeritò hîc transcurremus. Obtinet verò illa conventio, vel in Mistâ Republicâ, ubi ordines se mutuis obstringunt pactis, ut neuter sine altero valeat quicquam efficere. Imò in Simplici, quotiens modus habendi imperium certâ ratione limitatur. Quod ego interpretor ad modû administrationis nō innovandum, ad privilegia non debilitanda &c. Cùm verò diffidentia plures inhabitet, juramenti religio invaluit, ut Princeps conceptis verbis per sacramentum polliceatur fidem. Sed ergòne tenebitur stare hisce pactis Princeps? Ita est. Obligat eum conscientia, obstringit religio, ut illa in naturali æquitate radicata custodiat. Nefas ducitur, transilire conventorum limites, quæ per ipsum DEUM simul firmata sunt. Testis idem & vindex. Hinc Princeps non temerè ea violaturus. Et pessimè tradunt, quicunque tradunt, fidem datam frangere, non alienum esse à Majestate. Quod thema supra jam refutavimus. Hinc in aprico est, peccare Principem, susque deque talia habendo. Sed illud non dederim hætenus, coërcendum eum exinde à populo, vel de gradu planè dejiciendum. Nam & mali Principis Majestas à DEO est, qui, sicut grando, pruina, aliaque naturæ mala, non facilè avertenda, ferendus est. Separes modò à Principe magistratus, qui nomen Principis gerentes quidem, cæterà nihil de Majestate participant, cùm subjaceant consiliis & decretis multitudinis vel optimatum. Proinde sedulus in eo sit partibus consulentis defungens, ut ne illorum pactorum rumpantur claustra. Sic enim conscientia teneritas scrupulum capit, fenestrâ simul apertâ subditis ut malè de Principe sentiant. Consilium verò bonum Regis statim tuetur non tantùm, sed gloriam & decus quoque ei amplissimum conciliat, quoniam formidabilem magnoperè reddit.

Th. XVI.

**A**bsolutò publicò negotiò, privatam paucis perlustrabimus, intra Civilis Juris metas ritè decursuram. In quo quidem brevioribus nobis esse datur, cùm quælibet hodiè civitas scitis suis sat evidentibus gaudeat. Tùm quoque quòd plurima, supra recitata, hîc etiam locum sibi vindicent. Quæ tamen contemplatio à nostro scopo



scopo non relegabitur penitus, cum privatarum concinna ordina-  
tio ad regimen publicum quoque eximie porrigatur. Publice enim  
inter est, ne quis re sua male utatur. Ut non immerito ejus sci-  
entiam regiam salutaverit divini ingenii Vir Plato; quod ea nec  
Reges ipsi ac Principes, ac multo minus, qui circa eos & a consili-  
is sunt carere queant. Inter alia vero duo cum primis delibare hic  
allubescit, de quibusnam leges sint ponendae, & quomodo com-  
paratas esse oporteat. Universae enim res sub leges non cadunt, *Plato Lib. 4.*  
nec omnia iis circumscribere ex re putabitur. Quinimò non suc- *de LL.*  
ceder id propositum molienti, migrante semper circumstantiarum *Clar. Conring.*  
ratione. Quapropter graviora notent jura potissimum, & usu cum *cit. sup. l. c. 3.*  
maxime frequentia. In his igitur constituenda quae *ἢ τὸ π.* 28.  
*πλείστον*, sive ut plurimum accidunt, non quae *ἐκ τῶν ἄλλο-*  
*γῶν*, sive ex inopinato. Quae enim raro eveniunt, non te- *Arist. l. 5.*  
merè in agendis negotiis computantur. Unde in proclivi patet, *Eth. c. 20.*  
leges cum maxime ea vellicare debere vitia, quae in Republica im- *L. 4. 5. 6. 10. in*  
mane quantum grassantur. Quae vero cives non conspurcant flagi- *fin. ff. de LL.*  
tia, rectius omiseris, ne perpetrandi libido stimuletur. Propendet *L. 64. ff. de R. 7.*  
in vitia humana mens, quae curiositas non semel prolicit. Placet si *L. 114. eod.*  
bi consummata malitia, enormitate delictorum, ad laudem repu- *Novell. 94. c. 2.*  
tans, atrocissimum commisisse. Quod sensisse Solon censendus  
nulla parricidio poenam in suis LL. definita. Satius deinceps est, stu-  
dere, cives sedula morum ac virtutum disciplinam bonos efficere,  
quam poenarum acerbitate. Quam fini Censores constitui malle,  
in vitae modum, moresque uniuscujusque civis probe inspecturos.  
Dant otia vitia, ea vero labor sapè numero dispellit. Ita naturam  
comparatus animus hominum agit, ut semper occupatus ad quid-  
piam cogitet; aliunde vero non dissentus plerumque in deteriora  
deviat. Interim cum omnes hoc modo probos speraveris citius,  
quam effeceris, effrenem libidinem injecto freno compesces. Hic  
succedat in partes particularis justitia, quam Commutativam nomi-  
nant, nullum respectum attentura inter personas committentes;  
bene tamen inter ipsa delicta. Audaciam infrunitam, inquietudi-  
nem, novandi studium, malitiam, aliaque grandiora immedicabi-  
lia mala exstindes graviori poenam ad modum earum partium, quae  
medicinam non patiuntur. Secunda putrida membra, ne eorum  
contagio in saniora quoque serpat. Severitatem hic laudo, ne in ex-  
empla



empla abeat nefarius ausus. Non enim illa consistunt, ubi coeperunt, sed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latissimè evagandi sibi viam faciunt. Ubi semel recto deerratum est, in præceptis pervenitur. Nec quisquam sibi putat turpe, quod alii fuit fructuosum. Contrà imperitiam, imprudentiam, incautam simplicitatem tolerabili ratione tractes, & lenitate hîc tutiùs peccaveris, quàm severitate nimia. Qui medicam artem exercent, rarissimè sectiones & ignes adhibent, ne magis exasperent corporis vitia. Pleraq; mitibus medicamentis molliunt ac sanant. Admonent primùm liberos Parentes, quàm verberibus ad officium faciendum adigant. Indulgendum errori, indulgendum ætati & spei, quæ non lucet in desperata vecordia, quæ pudorem ac pœnitentiam omnem consumsit.

Th. XVII.

**P**ORRÒ cùm ex commerciorum aptâ ordinatione pars felicitatis publicæ dependeat, hic quoque non deerit Senatoris prudentia. Negotietur quisque, prout facultates ipsius patiuntur, modò ne reditus impensæ excedant. Hinc pari prudentia ac innocentia exerceri mercimonia velim. Illa hîc emicat, ne res familiaris ad angustias redigatur, vel creditores fraudulosè circumveniantur. Fibula enim injicienda dolo, quem adhibent, eumque nec prodesse, nec obesse alteri fas est: Hæc ne nimis carum mercium forum agat, vel usurariam pravitatem, ut Jcti exprimunt, exerceat, qui tabernam habet. Vetus hoc malum, pœnisq; nunquam satis coercitum, & medullis civitatum quasi infixum, Hinc fortioribus eò magis pœnis eradicandum. Pleni sunt tùm Politicorum, tùm Historicorum libri de hâc capitali peste, quæ ipsam Rempublicam non semel in suis commovit partibus. Non florebit pacifica statûs amœnitas, quamdiu illi voraces corvi circumvolant, illi insatiabiles lupi non rapere desinunt, quorum hydrops nullis curatur herbis aut medicinis. Nolo per exempla incedere, & recensere prolixè, ad quam extremam ferè miseriã tum Athenienses, tum Romanos perduxerint fœneratores. Quin ipsu principis statû infestat hæc rabies. Quod enim exigere Princeps poterat; illorum avaritia consumit, ut non immeritò Johannes Boterus ruinam fisci & vectigalium publicarum fœnera illa immodica vocaverit. Obviam ergò eundem

*Bodinus lib. 5.  
6.2. de Republ.  
p. m. 819.*

*Est. cum Stat.  
ptal. de Rat.  
Stat. L. 2. c. 15.  
v. m. 93.*



eundem illi malitiæ severâ animadversione, deterrente cæteros ab hoc nefario quæstu. Demum de rebus ad victum & amictum spectantibus non minor accuratio dispiciet, ne prematur nimis paupertas. Quorsum Loccenii verba subjicere placet, observatione sat digna: *Quoties importantur venalia in benè ordinatis civitatibus certum tempus civibus necessaria prius emendi assignatur, post elapsum illud tempus institoribus, & aliis integrum est emere. Si pandera & mensuræ crebrò inspiciantur, cum publicis & archetypis ponderibus ac mensuris examinentur & conferantur, atq; in corruptores animadvertatur, fraudibus & querelis etiam hæc viâ occurritur.* Hactenus igitur commutativa justitia, observatâ Arithmeticâ proportionem normam sistit consiliario in negotiis, quæ cives tangunt, quatenus privati sunt; succedit nunc distributiva, quæ res communes, attentâ cujusq; civis personâ, diribit, Proportionis Geometricæ observantissima. Moderatur illa præmia, honores, onera officiaq;. De quibus cum supra aliquid monitum, tædet cramben bis coctam iterum apponere.

Th. XVIII.

Consilium ex hisce penitralibus rectè ac decenter erutam exequendi modus insequitur. Non enim sufficit dedisse consilium, sed viam quoq; monstrare oportet, quâ ad illud feliciter perficiendum contendere possis. Incoctum, ut cum Plauto dicam, consultum, cujus vel difficilis vel intricata executio est. Non minori laudi cedit morborum artifici, quàm malo attemperasse medicinam, melle & cannæ Indicæ succo pharmaca amara miscere, commodeq; decumbentibus propinare. Omne destinatum in Republicâ eò tendit, ut medeamur statui; id quod certa ratione moliendum est. Aliàs cum Cicerone metuere habebimus, ne id consilii ceperimus, quod non facilè explicare possimus. Imperatorem decet præire exercitui, consultissimum Virum ipsis negotiis. Malum in arboris aeris alto culmine pendens, delectat quidem, sed non juvat palatum. Ad heroici igitur animi indicium est Annibalis ad Tarentinos hæsitantes dubiosq; responsum: In quæ consilium dedi, in eadem nec infidelem, nec segnem operam polliceor. At enim non tam efflagito operam consilium subministrantis, quàm expediendi ra-

*De Republ.  
Ordin. l. 4. c.  
10. p. 211.*

*Clar. Hahn. ad  
Vvesenb. Tit.  
de 7. & 7. n. 11.  
p. 25.  
Heid. in Phil.  
Moral. part. 2.  
de Justitia. p.  
m. 847.*

*Lib. 14. Epist.  
Famil.*

*Liv. lib. 36. pr.*

E

di ra-



di rationem. Sic in rebus bellicis svadet Vir Politicus, quod exsequendum relinquit aliis. Nam

————— *Non omnia possumus omnes.*

Habent se homines instar regionum, quibus rerum Parens diversos habitus, diversaq; ingenia indidit. Quemadmodum igitur

*India mittit ebur, molles sua thura Sabai.*

*At Chalybes nudi ferrum, virosaq; Pontus*

*Castorea, Eliadum palmas Epeiros equarum?*

*Continuo has leges, eternaq; foedera certis*

*Imposuit natura locis.* ——— ———

*Virgil. lib. 1.*

*Georg. v. 57.*

*& seqq.*

Ita huic homini prudentia, alteri scientiarum: alii mechanicarum artium, alii rerum perficiendarum capax, alma mater circumdedit ingenium. Hunc grosso corpore induit, debiliori alterum. Omnia stupenda naturae mysteria, non defectura in necessariis. Quare non indignabitur Princeps ad Consilarii indolem, si quod monstravit ipse ingredi iter haud valeat. In eo tamen providens ille vigilet, ne negotium expediendum committatur ei, cui aliud in concilio fuit visum. Ab animo enim dependent caetera membra, quod reluctante non satis suo defungentur officio. Hoc non dissimulandum, evenire quandoque, ut de conatibus quis deliberet; sed modum perficiendi non excogitet. Id quod fieri amat, cum in temporis opportunitate momentum situm est ac occasionibus, mutationibus perpetuis obnoxiiis.

Th. XIX.

*Hieronym.*

*Cardanus de civil. Prud.*

*Arcan. 6. 32.*

*p. m. 100.*

*Sallust. Bell.*

*Catilin. princ.*

*Lib. 2. 6. 79. n. 1.*

**E**Xecutionis fortunatum successum festinatio promovet. Quae supra adduximus de cunctatione, ad consilium capiendum spectant; hic suum valorem perditura in perficiendi ratione. Priusquam incipias consulo, & ubi consuleris mature factum opus est: Labor in negotio, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in faciendo, consilium in providendo. Egregium encomium *M. Agrippae Vellejus occinit: Vir labore, vigilia, periculo, moribus, & per omnia extra dilationes postus, consultisq; factum conjungens.* Non eunt dies, sed volant: & quod semel abiit tempus, nunquam revertitur. Itaque injicienda praesentibus manus. Incertum est omne, quod expectatur. Ne quicquam paratis majori noxae sapius fuit, quam distulisse. Miserum opus est, tum demum fodere puteum

teum



teum, ubi sitis jam fauces tenet. Nullam magis virtutem in Alexandro Magno, quam celeritatem Curtius laudat. Quot non victorias Cæsari eadem peperit? Sicut ergo boni ducis est, instare, premere, urgere, otium non pati, non desidere: Ita & viri civilis, quæ semel placuerunt, pertendere. Non moras noctere, non impetus frustrari, non trahere tempus. Sic perturbando adversarii consilia, sæpe obtinemus quod intendimus. At n. verò & hic eminebit consiliorum perspicacitas dispicietis & distinguetis conatus sedulo. Interdum enim majores conatus cunctando & differendo, quam impetu ad felicem exitum perducuntur. Impetus enim vires propellit; dilatio per occasionem tempusque enervat. Facilius res est debilitare, posteaque evertere funditus, quam uno impetu aggredi. Sæpius qui nimis properat, serius pervenit: & à summo fastigio, nisi per gradus eas, decides potius, quam descendes. Quapropter hic juvabit, cum negotium ipsum, tum eorum, in quos dirigitur genium, aliasque circumstantias bene ponderare. Mox enim expedit per moras damnosas non suspendere propositum; sed properare quantumcyus: mox lento pede incedere præstat. Quæ omnia civilis prudentia pro negotiorum indole aptè moderabitur. Id usu veniet, si de bello inchoando rogetur Vir Politicus, in quo cum bellicacissima & temeraria gente res est. Tum enim obicem fortè ponet festinationi adversantium ingenium. Quod si tamen certi hinc quid definire deberem, maturare consilia Senatorem juberem. Quod Latinum verbum aptum natum, moram celeritate & celeritatem moram temperare. Acute satis Fredericus de Marselaer in suo Legato: *Da cochlea alas, & lentam festinationem exprimes: temperiem illam, inter ignem & gelu. Extrema omnia, quia vitiosa, vitanda sunt: media ac moderata vim majorem obtinent, ampliusque durant.*

Thef. XX.

**E**Xequendi modum mirificè exornat taciturnitas; quæ altam curam custodit consilium, ne in vulgus dilapsum minus prosperè attingat metam. Nam sæpè res ita perficienda, ut ne advertatur quidem agi, quod agitur: & licet in oculos incurrant actus, tamen quò dirigantur, lateat plebem. Non frustra est, quod filix Argendi monitum dabat, propriam lenitate graviter punitus, regni que dubius Meleander: *Quod potissimum in regnante est, disce silere.*

E 2

Gran.

*Curt. l. 5. c. 5. i. big. Blanc. & Loccen. Cæs. in bell. Gall. passim Cicero in Epist. ad Att. 8. 9.*

*Suet. in Cæs. Septal. l. 2. de Rat. Stat. c. 21.*

*L. 1. diff. 35.*

*Excell. Dn. D. Wendelerus in Pract. Phil. lib. 2. de Politica Sect. 2. c. 9. n. 10. p. m. 242. Lib. 1. c. 10. Barcl. in Arg.*



*Vide hic Sa-  
vedram in  
Emblem.  
Cassiod. 8.  
Varr. Epist.  
10.*

Grande & momentosum effatum. Quod omnes clavum Reipublicæ versantes, omnes eidem assidentes pectori intentiori curâ insculpant, ne elabatur unquam. Non enim uni Argenti, sed toti imperantium & administrantium imperia choro locutus hic Meleander censendus est. Gravissima in consilium incidunt, ex quo pars felicitatis communis non rarò pendet. Nunc verò quâ sustineat res magnas, cui tacere grave est? Nec aliam ob causam, credo, id facillimum homini naturam voluisse, quàm in certissimam rei communis utilitatem. Hinc faciem cujusque obviam illa fecit: verùm quid in intimis animi recessibus lateat, mortalium nemo divinabit. Rumor rerû gerendarû, quid aliud præstat, quàm oculos Lynceos iis, in quos actiones dirigimus. Perdis secretum, quod partiris: & quod sileri vis, prius tace. Incauto & dormienti extorquebis auferesque; facilè arma: agrè admonito vigilantique. Secundum alveum sine labore natabis: adversus torrentem magnò furore, objicies brachia: nec quisquam avibus jam timidis feliciter laqueos ponet. Quin & tuâ, Consiliarie, inter est, meruisse Principis secretum, ubi si quid cognoscitur prodi vel ab alio formidatur. Tuendo ergò tuo decori, multum proderit taciturnitas. Hæc anchora, hic portus est, quo in negotiorum, imò periculorum pelago securus naviges, turbinibus & procellis major. Ab illo verò portu procul jactaberis, si in sinum alterius effundas, quod tuæ fidei commissum erat. Sed forsitan amicus erit, summâ fide probatus spectatusque, cui aperis negotium? Miser qui talia amico credis. Sæpè incogitantia, sæpè exorta inimicitia interpolavit silentium: Non semper ex perfidiâ peccamus, imprudentia quandoque & temeritas in vetitum nititur. Nec semel animi propositum imbecillitas migravit, aut naturæ corrupit vitium. Sed ergone his non medebitur arctior fidei promissio? non inhibitio gravior? Parvum sanè præsidium. Inest naturâ hominibus nova sciendi cupiditas, quæ quò magis secreta sunt, eò magis titillat, ut edant vocem. Quod non licet, urit acrius: & plerumque negata ambimus. Quapropter neminem magis fidum, quàm te ipsum credas. Non omnes Alexandri sumus, qui annulum ori amici imprimere possumus; nec illicò Hephæstiones nanciscimur, qui sigillum sanctè custodiant. Repone altâ mente, Principis placita, qui in tuo ea pectore sepulta



pulta cupit. Alit quidem inhumanitatem, fidere nemini: Sed in Principis secretis effutiendis diffidere inhumanum non est. Plenitalium tenacium in tacendo annales sunt, ut non dubites te accessurum in eum gradum, in quo alios jamdudum stetit, advertere datur. Adeo tegere C. Metellus animi secreta amabat, ut subuculam, si participem sciret eorum, se exuturum, sciscitanti Centurioni, quid ageret, responderet. Nonne ignota Vespasiani consilia? Nonne Perfas legisti, mira fide celantes Regis arcana, quibus non spes, non metus eliciebat vocem, qua proderentur occulta? Hujus rei dignitatem perspiciens Numa Pompilius, constituit, credo, ut *Tacita*, tanquam peculiaris Dea adoraretur inter alias.

Th. XXI.

Cum taciturnitate simulatio cohabitatur, aptum illius servandae instrumentum. Vetus sive Ludovici X. sive Sigismundi Imp. Symbolum traditur: *Nescit regnare, qui nescit dissimulare*. Quod quamvis ad Regem directum, ad Consiliarium tamen eximie pertingere, mihi indubium est. Ille enim cum Principis nomine clavum Reipublicae exerceat, talia quoque eum imbibisse oportet, quae excellenti huic muneri faciant satis. Caterum placet pauca de natura illius, tum an licita & quomodo usurpanda Viro Politico, annexere. Est vero simulare nihil aliud, quam veritatem interdum celare, premere, tegere. Dimanat vero in duos rivus, simulationem, quam quae non sunt, simulamus; & quam, quae sunt, non esse fingimus, dissimulationem. Cernitur tamen in factis, dum, quae odio invisae, amore prosequi, sperare, quae metuis, quae non vis, velle te geris; quam verbis, cum scire, quae latent aut ignorare, quae cognita sunt, fingis. Quod si de justitia ejus quae raras; plurimi eam ferè damnant, alii nimis late extendunt. Prioris classis Autores mendaciam admiscunt, foedè planè & abominandè. Hoc enim inter vitiorum sociam reponi clamant. Idem & Sacras literas execrariae Diaboli id autorem laudare. Quin ipsi adeo naturam reluctari, conferenti homini orationem, non ut decipiat alios, sed ut animi sensa exprimere valeat. Sed enim multum à mendaciosa simulatio abhorret. Fraudem illud fovet iniquam, vergens in alterius damnum: Haec praecaverit dolum, ab alio forsitan impendentem; Illud injustè lædit: Haec cautè avertit, ne lædi possimus. Multi enim nobis arripunt sub amicitiae specie, nostra cogitata exploraturi, ut eò commodius in damna incautos conjiciant. Proinde inter vitia

E 3

non

*Heider. in Philos. Polit. c. 2. p. m. 395.*

*Tacit. Hist. L. 2. Curt. L. 4.*

*Septal. cit. super. loco. p. 85. polit. Scel. Impugn. c. 6. p. 57. Hieronym.*

*Cardanus in Arcan. Politic. c. 52. p. 196. Abrab. Marconet. Aulicus Inculpatus part. 1. cap. 35. p. 196.*

*B. Jacob. Mart. lib. 4. Polit. c. 1. p. m. 1364.*

*Excellentissimus Dn. D. Wendl. in Pract. Philos. Lib. 1. de Eth. sect. 2. c. 15. n. 8. p. m. 109.*



non numerabimus, quæ veracitatis actum sustinent. Perniciosum exterminant mendacium. Sacra oracula, non quamlibet veritatis dissimulationem. Cur Moses simulabat iter in deserto, cum tamen abducere planè populum meditaretur? Cur matrimonium dissimulans, pro sorore venditabat Sacram Abrahamus? Cur alii Sancti viri, etiam in expeditionibus à DEO datis, non abstinerunt se ab hoc sermone, si peccatum post se trahit? Quare perniciosum, quod dicunt, Satanam invenisse, facilis largior. Dehinc non ad animi mentem tantum exprimendam; sed & ad damna declinanda, instillatum ivit loquendi facultatem natura. Unius enim rei, plures possunt esse fines.

Th. XXII.

*Idem lib. Sect. & c. cit. n. 7. Heider. Philos. Moral. par. 2. de Veritate p. m. 747. Exod. 5. Gen. 20. Cit. Heiderus. p. 762. Clapm. Lib. 1. Arcan. c. 5. p. 11.*

**A**lii in excessum prolabantur, omni verâ virtute hâc modò è medio sublatâ. Nam ita suadere non erubescit Florentinum illud hîc cum primis Monstrum: *Cunctis in rebus primò postremòque meditandum & machinandum esse Principi, non tam ut justè, piè, pacificè regnet, quàm ut gloriam suam, auctoritatem, jurisdictionemque: quòcunqve modò extendat, atq; stabiliat. Caterùm cum minimè sit, dissimulationis larvâ videatur cultor & custos virtutum, vitiorum osor & extirpator.* Pessima hæc sunt, nec habeo, quò velamentò iniquitatem negotii defendam. Nec Principi enim, nec alii cuivis bono concedenda. Non sat causæ est, alienum statum invadere, si tibi commodum inde promittas. Impingit hoc in juris naturalis & Gentium scita, ut supra exputatum fuit. Umbram virtutum pro veris obtrudere Principibus; id vero est, ex Rege Tyrannum reddere. Non emolitur virtutem coactio, nec ex utilitate illam quispiam saniorum æstimabit. Tolle virtutes veras in Principe, vitia habebis illicò. Extrema hæc sunt. Nullum tertium admittura. Tolle virtutes, & exulabunt illicò justitia & probitas, omnium regnorum fundamenta. Sed verò ille Autor non adeò æquitatem cum pietate curat, modò regni fines protendantur. Quasi vero utile unquam Reipublicæ fuerit, quod non comitatur justitia. De lucro tali DEUS justissimus Vindex pœnas capit, nec unquam prodesse finit. Forsitan simulachris etiam utilitatum hoc modò per virtutum species Autor studebit, non veris commodis.

Th. XXIII.

**N**os igitur mediam viam calcabimus, asserentes strenuè, apertum pectus non circumferre debere consiliarium, &, si rogetur

tur



tur sententiam, in senatu agitatam, eam profiteri non adstringi: interim fraudibus & dolis malis ne pateat, naturale Jus malè destruentibus. Et enim non potest carere simulatione civilis prudentia. Sive enim arcana custodienda sint, aptè dissimules: sive quod non geritur negotium, geri fingendum, simulatione exornabis scenam. Non culpatur serpentina sagacitas cum innocentia modò columbarum amico nexu conjuncta. Versantur in aulis consilarii, astu hominū multum repletis. Novitatis studiosissimi aulici callidè illis insidiantur, ut mysteria abscondita sibi explicentur. Non deest amoris odiiqve prætextus. Frons, oculi, vultus in fidem compositi aptè mentiuntur. Verba ipsa simulationum teguntur involucris. Ideone tum non licebit arte artem deludere? Adjuvat antidotum Medicos. Ictum imminem declinamus sine culpa atqve eludimus. Qui astu non colitur, non vocitaveris dolum. Ita opportunè tempore calleat simulare Senator. Retegitur enim nimia subtilitas, & affectatum in omnibus studio suspicionem inducit. Id quod quūqve Autor monet in Politico Scelerato Impugnato: *Videat tamen quilibet, ne dum omnia cum simulatione & dissimulatione dicat faciatq; ingenuitatis, veritatisq; studium jacturam patiatur. Et mox: cessat simulatio, ubi simulandi apparet studium.* Quo nomine Tiberium ibi advocat, sæpè in simulatione deprehensum: cæterà architectum ejusdem & magistrum maximum. Id demum addimus, incumbere consiliario, perpendere sedulò, num silentiò, num factis, num verbis simulandum sit. Nam non singula æqvè tempori conveniunt. De sermone dubium habet, quomodo vibrandus sit, ne vel pietatem lædas, vel occultanda, violes. Sunt qui intercipere discursum, & alium interserere jubent. Sed verò ita major sciendi cupiditas stimulatur, majoris momenti opinione accensâ. Alii alium modum præscribunt, inter quos eminet Abrahamus Marconet, cujus verba transferere hic juvabit: *Quapropter tum responsum, ad modum eorum, qui è pralio ita recedunt, ut nec fugiant, nec pugnent inflectendum erit, atq; hæc tria observanda. Primò ne veritatem dictorum præcisè negemus: secundò, ne quid præter decorum, aut quod damnum inferre possit, regeramus. Tertio, ut verbis ambiguis, atq; huc, & illuc trahi aptis, loquentem suspensum teneamus; quòd, responsum hoc casu moderatius, aut adstrictus erit, eò majori laude dignum habebitur.*

c. 6. p. 56.

ibid. m. 57.

Cit. Supr. loc.

§. 9. p. 197.

T. XXIV.



*Cic. Offic. 1.  
n. 125.*

**T**Ogæ splendorem illustrat demum præclare in verbis factisque constantia, in omni consilio attendenda. Quicquid ingrederis, pertende intrepidè. Nec iterum displiceat, quod placuit semel. Aliàs ex ancipiti mutatione pèdens, facilè Principis gratia excides. Arundini debili & ventorum ludibriò expositæ non innitimur: & facilè fallit vestigia glacies. Valeant temporaria ingenia, quocunqve flexeris, sequentia. Immotas succedant, & obduratas, quæ instar rupis fluctuum molem eludunt. Nam

*Horat. l. 3.  
Carm. od. 3.*

*Justum & tenacem propositi virum  
Non civium ardor prava iubentium;  
Non vultus instantis tyranni  
Mente quatit solida: neq; Auster  
Dux inquieti turbidus Adriæ:  
Nec fulminantis magna Iovis manus.  
SifRACTUS illabatur orbis,  
Impavidum ferient ruinae.*

*Vid. Lipsium  
in Polit. L. 3.  
c. 5. n. 9. seqq. &  
ibi Bernegger.*

Cæterùm hæcenus allata inconstantia congruunt; cave tamen inde quamlibet voluntatis mutationem improbare. E tēpore enim pendent consilia, quod in horas mutari assolet. Mutamus vota, mutamus consilia, ubi novum commodiusque agendi medium se aperit. Prævalent tūm prioribus posteriores cogitationes, & poenitenti optimus portus mutatio est. Adeò sua exceptione nulla destituitur regula. Quod si tamen rem accuratè putare amemus, apparet, Virum Sapientem non tam migrare, quàm aptare tempori sua placita. Cursum mutat non portum, non rem ipsam, sed perficiendi modum. At enim verò, nunc rivus claudere libet. Quædam in hac amplissima materia attigisse sufficiat. Omnia enim eaq; difficiliora enodare impares esse humeros novi. Tenerum & subactum minus ingenium suò sibi officio defunctum esse videtur, si eorum meminerit saltem, quæ alii prolixitate dilatant. Scio equidem multa de arcanis, multa de Jurium exercitio superaddi potuisse adhuc: verùm paginarum angustia, intra quam nos coarctavimus, non omnia sanè capit. In potioribus igitur acquiescimus. Et demum si quis error se immiscuit, juvenili oscitantia potius, quàm pertinaciæ imputabitur. Nec enim cum magnis etiam adeò præclare agitur, ut nunquam in diverticula devient. Ad ultimum

cantamus

**SOLI DEO GLORIAM!**





Tile consilium est Regi Regisq; colonis,  
 Transigat ut rectè tempus uterq; suum.  
 Undè sit exponis magno conamine nobis,  
 Regula, Vir prudens consiliumq; bonum.  
 Jova det, ascendas supremum culmen honoris  
 Et patriam factis consiliisq; juves.

*Ita Nobilissimo, diligenti & maximè pio Juveni,  
 Auditori suo, ex animo precatur*

MICHAEL WENDELERUS, D. & P.P.

**N**obilitas Virtute solet non sanguine niti:  
*Stemmata nil faciunt, nil prodest sanguine longo  
 Censeri, aut pictos Majorum ostendere vultus,  
 Si non Nobilitas vera adsit, Patria Virtus.*

*Hanc quùm commonstres publicè, mi SCHICKE, probasti,  
 Te Virtute magis, quàm solo sanguine niti.*

CHRISTOF Ritter U. J.D. Cur. Elect. Provinc.  
 & Consist. Eccl. Advoc.

*Ad Nobilissimum & maximè Generosum Dn. Respond.  
 Amicum & Fautorem suum honoratissimum.*

**P**incipis ille à consiliis stabit optimus Atlas,  
 Qui tantà tractat sedulitate probum  
 Consilium, quantà *Tua mens Generosa* paravit,  
*Auguror, inde stabis Principis à latere!*

*ἐκ τῆς ὀρθοχρημῆος f.*  
 P R Æ S E S.

**N**on plenis olim juvit certare culullis,  
 Nec TE pigririam mollitiemq; sequi:  
 Sed Tuus ardor erat DOCTORUM volvere scriptas,  
 Scripta, quibus tantum mens generosa valet.  
 Nempe insistebas Magni vestigia PATRIS,  
 Qui quondam Patrie grata columna fuit.  
 Mahe Tuâ Virtute! ita CONSILIARIUS ipse  
 Non VERBIS solum. sed quoq; REBUS eris.

Sic fugitivâ crenâ

DN. FAUTORI, SUOq; abhinc sexennium Auditori stabis-  
 simo de egregio specimine Academico VVitteberga

*ὀδοναπδῖως gratulabatur*

M. JOHANN Peister.



Siccine res viles generoso transilis ausu,  
Et tam magna animi das monumenta *Tui*?  
Hic aliis etenim sapientia desinit, unde  
Prima *Tibi* magni fila laboris eunt.  
Sed *Tibi* quæ seris Prudentia pendet ab annis,  
Præmaturâ animum fertilitate coqv̄it  
Magna mihi dubiam premit exspatiatio mentem,  
Principio quænam meta futura *Tuo*.

*Antiqui candoris Amico*

*l. m. g.*

*f.*

M. JUSTUS Gottfried Rabener.

Schickiacæ Gentis, Te non ignobile Germen,  
Hic quæ per doctè differis, esse probant.  
Perge bonis avibus, coeptam pertexere telam,  
Sic aliis poteris Consulere, atq; *Tibi*.

Generosi Dn. Respond. iustis satisfactorum, cum omni-  
genæ prosperitatis voto scribebat

GODOFREDUS CLUS

Zittâ-Lusatius

*Nobilissimo Dn. SCHICKIO,*

De CONSILIARIIS publicè disputaturo,

FELICITER!

Momenti magni res CONSILIARIUS, unde  
SCHICKIUS è cathedra nobile tractat opus.  
Magnorum generosus amor non vilia tractat,  
Respondentq; animo dicta subinde suo.  
Gratulor his dictis, animo quoq; gratulor isti  
Et studiis voveo prospera quæq; *Tuis*!

JOHANNES Beinradt.

Ce beau discours, Monsieur, de Conseillers d'État,  
Témoigne bien, qu' il vous plait la Noblesse  
De vôtre sang genereux ioindre à la Sagesse;  
Ce que *luy* donnera encores, plus d' éclat.

Mais



Mais dites moy, qui a esté ce Conseilleur?  
Est ce quelqvun de vos Parens? où la prudence  
De vôtre vif esprit, qui vous cette alliance  
Si bien a conseillé? ou qui est donc l' Auteur?

Mais qui que ce fût d' eux, son conseil lest savant,  
Et si vous le suivrez, faisant cette iointure,  
Par vôtre diligent ardeur, ie vous assure,  
Que vous deviendrez Tel, les Princes accôtant.

H. B.

---

**N**escio quæ nostram subeant presagia mentem,  
In studiis fervor cum Tibi tantus adest.  
Magna procul dubio, mi Schicki, parturis, annos  
Longævos modò det noster Jova Tibi.

*Prospera quæq; insimul apprecans Generoso Dn. Autori,  
Amico multum honorando, hæc pauca, prolixo  
tamen affectu, adjicere voluit*

GODOFR. Straus.

---

**H**aud levis in vitâ prudentia nosse, tenendus  
Imperii clavus quæ ratione fiet.  
Publica res certè penitus collapsa fatiscit,  
Si desint, qui re consiliòque juvent.  
Hos defensurus Musis comitatur & arte  
Sat tutâ, cathedræ pulpita, Amice, premis.  
Ingenio res est pulchris hæc digna politò  
Aonidum studiis: ferta Minerva dabit

FRIDERICUS Jörler L. L. Stud.

---

**W**enn so mit vieler Müh Terpsichore bezwungen/  
Und denen übrigen der Ruhm ist abgedrungen/  
Kan man denn kühnlich wohl die Stufen steigen an/  
So den gefastn Bahn. alsdann bezeugen kan.  
Dis; so er jetzt nimpt für/beglückte soda. wohnet  
In dem gestirnten Theil; Denn so wird Fleiß belohnet.  
Ich sage nochmals Glück / Glück / Glück ich ruffe zu/  
Du Vaterland! wirst durch Gelehrte bracht in Ruh.

Solches schrieb Glückwünschendt seinen  
geliebten Freunde

Hans Heinrich von Koseritz Eqv. Sax.



Qui benè consilium didicit Magnatibus aptum  
Ferre, senatoris non malè laude cluet:  
Hoc benè TE didicisse probasti, *dulcis Amice,*  
Doctis his thesibus, Credo, Senator eris!

*Imq; ita deproperab.*

Adam Erdman à Reiboldt Eqv. Variscus.

A.

Monieur Schicke Disputant & Respon-  
dant des Conseillers.

SONNET.

Comme un gentil Cypres sa teste aux astres porte  
Et Comme un aigle suit les rayons du soleil:  
Tout ainsi mon Amy, vostre esprit sans pareil  
Fait paroistre aux sçavans sa pointe en mainte sorte  
Le labeur est sa guide & tres-fidèle escorte,  
Il n'est que trop actif & ne prend point sommeil  
Tefmoin sera a l'heure le Theme du Conseil  
Qui tout l'estat public soustient & reconforte.  
O tres-heureux papier rempli de belle choses.  
Qui des bons Conseillers sont icy bien encloses!  
Courage mon Amy, pourspivez ce combat  
Sous le Commandement d'APOLLON & d'ASTREE,  
Lors se verra l'esclat de vostre renommée  
Et l'on vous mettera au rang des grands d'estat.

Jean George de Pflug.

Consilio qui cuncta geris prælage futuri  
Eventus, Schiki, consulis hercle Tibi,  
Nec malè, præfractas ausu solerte salebras  
Metiris, feries sidera (vince Labor!)  
Vertice sublimi, velut ignes Luna minores,  
Vincens, Consilium derqve juvetqve DEUS.

*Fautori & amico suo colendo  
deproperab*

Dam-Sigismundus Pflug.  
Eqv. Misn.













Wittenberg, Diss., 1664-65

ULB Halle 3  
004 716 361




I

VD17









1573

26 11

13

1664 8

Q. D. B. V.  
 DISSERTATIO POLITICA,  
 De  
**CONSILIARIO PRINCIPIS,**

Quam  
 PRÆSIDE  
 VIRO PRÆCLARISSIMO  
**DN. M. JOHANNÉ MANITIO,**

Ampliss. Facult. Philosoph. Adjuncto dignissimo,  
 Fautore & Præceptore suo plurimum honorando,  
*Publico examini subjicit*


**AUTHOR**  
**DITTERICUS SCHICKE**

*Nob. Misn.*  
*Ad diem 1. Octobr. in Audit. Maj.*



WITTEBERGÆ  
 Litteris MATTHÆI HENCKELII  
 ANNO M. DC. LXIV.

*Dno Conr. Jo  
 cum amicis  
 Inbe transmittit  
 Frater*



glistat  
 lunt  
 in P  
 Lect  
 icu  
 & f  
 inc  
 sed  
 alii  
 tuen  
 nsili  
 L. 2  
 m Co  
 scip  
 ii al  
 folo  
 erpe  
 tud  
 erò  
 ion  
 otu  
 l. l. e  
 &  
 vere  
 ere  
 ris v  
 gili  
 diciff  
 Leuc  
 pulp  
 uas, r  
 , ni  
 Nati  
 TER  
 riq;  
 cept  
 q; p

